LEXICON GRECO-LATINUM IN NOVUM DOMINI NOSTRI *JESU CHRISTI* TESTAMENTUM.

Adams 7. 65. 1

Ubi omnium vocabulorum, tam *Appellativorum* THEMATA, quàm nominum *Propriorum* ETYMA, exquisitè indicantur, & Grammaticè resolvuntur.

Cum INDICE Græcarum & Latinarum *N. T.* vocum accuratissimo.

Cui insuper nunc demum accesserunt Tractatus duo: unus de Græcis *N. T.* ACCENTIBUS, alter de DIALECTIS; uterque apprimè utilis, & æquè desideratus.

In gratiam Sacr. Lit. & Linguæ Græcæ STUDIOSORUM.

AUTORE
GEORGIO PASORE.

LONDINI,
Excudebat *Edw. Griffin*, sumptibus *J. K.* & *S. T.*
& prostant venales apud *Abelem Roper* sub signo solis in vico vulgo dicto *Fleetstreet*. 1650.



IL



ciæ f
tame
enim
ra &
grant
magi
quæs
clesiæ
rum e
ores c
Al
tantu
pæda
Arte
ximo
tabul
studio
aliqui
inprim
illud,
Va
be Fri

ILLUSTRIBUS & PRÆPOTENTIBUS HOLANDIÆ & WESTFRISIÆ ORDINIBUS

Salutem & benedictionem à Domino.



Librum hunc, Nobilissimi, Amplissimi *&* Magnificentissimi *viri*, εὐεργέται benevolentissimi, *vobis inscribere libuit, quòd inter eos, qui pro veritate religionis Christianæ (quam Deus in veteris & Novi Testamenti tabulis revelare nobis dignatus est) strenuè ac feliciter dimicant, minimè postremi sitis.* Holandia *&* Westfrisia *vestra, nec non cæteræ provinciæ federatæ appositè admodum comparari queunt cum rubo ardente, nec tamen deflagrante, in quo Filius* Dei *Mosi apparuit Exod. 3. 2. Sicut enim rubus ille non fuit consumptus; ita quoque Germania inferior libera & federata, bellis, quibus annos jam sexaginta & ampliùs arsit flagrantissimis, tantum abest ut fuerit absumpta, ut famâ potiùs & opibus magis interea cœperit efflorescere, quàm unquam antehac. Quæ autem quæso causa est tanti miraculi? Scilicet Filius* Dei *præstò fuit, qui hoc Ecclesiæ suæ hospitium asylumque voluit conservare, &, uti spero, in posterum etiam contra insidias variasq́; hostium crudelissimorum machinationes clementer proteget.*

Altera *inscriptionis hujus* causa *fuit, quòd vos viri* Amplissimi, *non tantum* Academiam Leidensem *toto orbe celeberrimam sustentetis, sed* pædagogéa *etiam complura illustria foveatis, in quibus omnibus* pietas, Artes *liberales &* linguæ *eruditæ, inter quas* Græca *facilè excellit, maximo docentur studio. Lexicon itaque hoc meum, quod veluti clavis est tabularum novi federis Servatoris nostri, & ad praxin linguæ Græcæ studiosos manu quasi ducit, V.V. A. A. dedicare volui, ut authoritatis aliquid accederet operi huic, mole exiguo, tum apud alios Orthodoxos, tum inprimis apud juventutem vestram numerosissimam ac florentissimam; cui illud, si dignum id judicaveritis, commendetis rogo.*

Valete & florete in Jesu Christo Domino nostro. Scripsi Franekeræ urbe Frisiorum, Idibus Augusti 1631.

V. V.

A. A

observantissimus

GEORGIUS PASOR G.L. ibidem Professor.

Ἀναγνώστῃ τῷ συγγνώμονι Γεώργιος Πασωρ χαίρειν.

Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ Σωτὴρ καὶ κεφαλὴ ἡμῶν, τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ εἶπεν, Ἀναγνῶστα θεόφιλε, Ἰωάν. κα. ιε. Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; λέγει αὐτῷ, Ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Λέγει αὐτῷ, Βόσκε τὰ ἀρνία μου, τουτέστι τοὺς ἐκλεκτοὺς, ἐν οἷς καὶ τὰ παιδία ἐστί. Κἀκεῖνο οὐ μόνον τῷ Πέτρῳ εἶπεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις, καὶ ἅπασι τοῖς καθεξῆς τοῦ λόγου ὑπηρέταις, ὡς ἀληθινοῖς τῶν Ἀποστόλων διαδόχοις.

Αὐτοὶ δὲ ἀληθινοί εἰσι διδάσκαλοι, οἱ ἀγαπῶντες τὸν Χριστὸν καὶ τὰ ἀρνία αὐτοῦ· ὁ γὰρ Χριστὸς ἔφη, Σίμων Ἰωνᾶ, Ἀγαπᾷς με; οἷς τισι ῥήμασιν ὁ Σωτὴρ δείκνυσιν, οὐδὲν ψυχρότερον τῶν διδασκάλων, τῶν καθ' ἀφοσίωσιν φιλοπονούντων τοῦ μισθοῦ ἕνεκα, οἵτινες ἐπιθυμοῦσι μᾶλλον κερδῆσαι χρυσὸν, ἢ τὰς ψυχάς. Οὕτω δήπου χρὴ τὸν διδάσκαλον διακεῖσθαι πρὸς τοὺς μαθητὰς, ὥσπερ ἂν εἰ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ υἱάς.

Καὶ εἰ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ θρεμμάτων προεστὼς, πρόβατα ἄλογα βόσκων, καὶ ἀνθρώποις μέλλων λόγον ἀποδιδόναι, τὰς νύκτας πεποίηκεν ἀΰπνους, καῦμα, κρύος, καὶ πᾶσαν ἀέρος ἀνωμαλίαν πέπονθεν, ἵνα μηδὲν τῶν θρεμμάτων ἐκείνων παραπόληται· πόσῳ μᾶλλον οὖν τοὺς τῶν σχολῶν καὶ ἀκαδημιῶν διδασκάλους, τοὺς οὐκ ἀλόγων ζώων προεσταμένους, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ τῆς κλήσεως ἑαυτῶν διδόναι μέλλοντας εὐθύνας, χρὴ γρηγορεῖν ὑπὲρ τῶν νεανίσκων; τούτους γὰρ ὁ Χριστὸς οὐ διὰ χρημάτων, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἑαυτῷ περιεποιήσατο. Πραξ. κ. κη. ὧν ἄγγελοι διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ματθ. ιη. ι.

Τί δὲ οἱ διδάσκαλοι ἐν ταῖς σχολαῖς, οἱονεὶ τοῖς τῆς Ἐκκλησίας φυτωρείοις ὀφείλουσι διδάσκειν; ὁ Σωτήρ φησι,

Ματθ. κη. κ. διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.

Καὶ τάδε εἴρηται οὐ μόνον τοῖς Ἐκκλησιῶν ἐπισκόποις, τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν σχολῶν διδασκάλοις. Ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ ἀρνία ποιμαίνεται, ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις δὲ τὰ πρόβατα.

Δευτερον. ς. ς. ὁ Κύριος ῥητῶς προστάττει ταῦτα πᾶσι τοῖς παιδαγωγοῖς, τοῖς πατράσι, ταῖς μητράσι, κτλ. λέγων, Καὶ ἔσται τὰ ῥήματα ταῦτα, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον ἐπὶ τῆς καρδίας σου, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ σου, καὶ προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς σου, καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς, καθήμενος ἐν οἴκῳ, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζόμενος, καὶ ἀνιστάμενος, κτλ.

Ἐνθάδ'



LECTORI BENEVOLO
S.P.D.
GEORGIUS PASOR.

JESUS CHRISTUS, Servator & caput nostrum, sancto Petro dixit, Lector qui Deum diligis, Johan. 21. 15. *Simon fili Ionae, diligis me plus quàm hi? ait ille, Certè Domine, tu nôsti quòd amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos*, hoc est, electos, quibus pueri quoque sunt accensendi. Et hæc non solum Petro dixit, sed etiam reliquis Apostolis, & omnibus deinceps verbi ministris, tanquam veris Apostolorum successoribus.

Illi enim veri sunt doctores, qui diligunt Christum & agnos ejus: Christus enim dixit, *Simon fili Ionae, Diligis me?* quibus verbis Servator ostendit, nihil esse frigidius doctoribus illis, qui tantùm mercedis causâ perfunctoriè philosophantur, qui potiùs cupiunt lucrari aurum, quàm animas. Sic nimirum decet præceptorem affectum esse erga discipulos, sicut pater erga filios suos.

Et si Patriarcha Jacobus qui pecudibus præerat oves rationis expertes pascens, & hominibus rationem redditurus noctes transegit insomnes, æstum, frigus, & omnem aëris inconstantiam passus est, nè ulla pecudum illarum periret: quantò magis ergo Scholarum & Academiarum Doctores, non animalibus ratione carentibus præfectos, & non hominibus, sed Deo vocationis suæ reddituros rationem, decet vigilare pro adolescentibus? Hos enim CHRISTUS non pecuniis, sed proprio sanguine sibi acquisivit. Actor. 20. ver. 28. quorum angeli semper intuentur faciem PATRIS cœlestis. Mat. 18. 10.

Quid verò præceptores in scholis, tanquam Ecclesiæ seminariis docere debent? Servator dicit,

Matth. 28. 20 *docentes eos servare omnia, quæ mandavi vobis.*

Et hac dicta sunt non solùm Ecclesiarum episcopis, senioribus & ministris, sed etiam scholasticis præceptoribus. In scholis agni pascuntur, in Ecclesiis verò oves.

Deuteronom. 6. 6. Dominus disertè mandat eadem omnibus pædagogis, patribus, matribus, &c. dicens, *Et erunt verba hæc, quæ hodie tibi præcipio in corde tuo & in anima tua, eaque acutè ingeres filiis tuis, ac loqueris de iis, quum sedes domi tuæ, & quum ambulas per viam quum cubas, & quum surgis, &c.*

Ἐνθάδε ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἔχομεν φανερωτάτην, ἧς παραφρονεῖν ἀθέμιτον ἂν γένοιτο ἁμάρτημα. Καταφρονοῦσι δὲ αὐτῆς πάντες οἱ ἐκθέμενοι ἐν ταῖς σχολαῖς τὰς τῶν ποιητῶν μυθολογίας, τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐκλελησμένοι. Ἐᾶ τὸν χρόνον, οὗ τὸ ἀνάλωμα ἔδει εἶναι πολυτελέστατον, τοιοῦτοι οἱ μυθολόγοι ἀπολλῦσι.

Τοιούτους γοῦν τῆς ἀληθινῆς τῶν νέων ἀγωγῆς, καὶ παιδείας τοσοῦτον ἀποπλανᾶσθαι, ὅσον οὐρανὸς ἐστ᾽ ἀπὸ γαίης διὰ βραχέων (ἐὰν μὲν τοῦτο ζητήματος ἀξίωμα καταφανῆ) ἀποδεῖξαι πειράσομαι. Καὶ ἵνα ἐνάρξωμαι τοῦ τῶν σχολῶν ὁρισμοῦ, εἰ ἐν ταῖς σχολαῖς χριστιανοῖς χρὴ διδάσκειν τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἀρετήν, ἀκόλουθόν ἐστι, φροντιστήριον τῆς καινῆς Διαθήκης, ἀμελητέον δὲ τῶν μυθολογικῶν Ἐθνικῶν. Τίς γάρ ἐστιν ἡ ἀληθινὴ σοφία; Ἵνα δηλονότι γινώσκωμεν τὸν Θεόν, καὶ ἑαυτούς· Θεὸν δὲ ἐγνωσμένον ἵνα ὀρθῶς σέβωμεν. Τὸν Θεὸν δὲ εἰδέναι οὐχ οἷοί τ᾽ ἐσμὲν ἐκ τῶν Ἐθνικῶν βίβλων, ὧν πλεῖσται αἱ σχολαὶ μεταχειρίζονται μέχρι τοῦ δεῦρο.

Ὅσοι γὰρ συγγραφεῖς τὴν πολυθεΐαν πεπιστεύκασι, πάμπολλα περὶ αὐτῶν ἐψευδολογήκασι, ψευδῶν θεῶν ὀνόμασιν ἐν τῷ εὔχεσθαι καὶ ἐν τῷ ὀμνύναι κέχρηνται, παρ᾽ αὐτῶν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς οὐ δύναται γνωρίζεσθαι. Ὁ δήπου ὁδηγὸς τυφλὸς, ὧδε κἀκεῖσε πλαζόμενος, ἑαυτὸν καὶ τὸν ἀγόμενον κατακρημνίζει εἰς βόθυνον. Οὐδὲν μέλλω εἰπεῖν περὶ τοῦ μυστηρίου τῶν μυστηρίων, τῆς ἁγιωτάτης Τριάδος, ὅπου οἱ Ἐθνικοὶ τῶν ἰχθύων ἀφωνότεροί εἰσιν. Ὁ γὰρ Θεὸς εἴασε τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν (Πραξ. ιδ. ις.) καὶ οὐκ ἠξίωσεν αὐτοὺς τῆς ἐπισκοπῆς τῆς διὰ προφητῶν γινομένης. Ἡ δὲ σὰρξ καὶ τὸ αἷμα τοσοῦτον μυστήριον οὐκ ἀπεκάλυψεν (Ματθ. ις. ιζ.) ἀλλ᾽ ὁ Πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πίνδαρος, Ἀριστοφάνης, Οὐεργίλιος, Ὀράτιος, καὶ οἱ λοιποὶ μυθολόγοι, διὰ τὸ ἠγνοηκέναι αὐτοὺς τὸν ἀληθινὸν Θεόν, οὐκ ἠδυνήθησαν ἀληθεύειν, περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ δὴ εἰς τοσαύτην ἀσέβειαν καὶ παραφροσύνην ἐξηνέχθησαν, ὥστε τοιαῦτα ἐπινοεῖν περὶ τοῦ θείου ἁμαρτήματα, οἷα ἐνώπιον τῆς νεότητος ἐξηγεῖσθαι αἰσχύνομαι. Τοιούτους φημὶ θεούς, καὶ τοιαύτας θεὰς ἔπλασαν, οἵων πολιτῶν καὶ πολιτίδων καλὴ πολιτεία οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο. Περὶ ὧν εἰς Θεὸν ζῶντα ἠσεβηκότων ὁ Παλιγγένιος ἀληθέστατα γράφει, ἐν βίβλῳ α. Κριῷ καλουμένῃ, λέγων.

Οὐρανόθι ζῶσιν πόρνη, καὶ μοιχὸς ἀσελγής.

Τοὺς δὲ ποιητὰς φερομένους ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ τοιαῦτα τέρατα πεπλακέναι, καὶ οὕτω μεμυθολογηκέναι οὐκ ἀτόπως στοχάζεται, τοῦ ἀφορμὰς διδόναι τοῖς ἀνθρώποις πρὸς τὸ ἀπαλλᾶν, πρὸς τὸ πορνεύειν, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πρὸς τὸ ἀσωτεύεσθαι. Τοῦτο δηλαδὴ τὴν τῇ φύσει κατεφθαρμένην ἐπὶ πλέον διαφθείρει. Τόδε (φημὶ) τὸ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν.

Πάντες γὰρ τῇ φύσει πρὸς πᾶσαν φαυλότητα πάνυ προπετεῖς τε καὶ εὐκατάφοροι ὄντες, ῥᾳδίως οὕτω νοήσωσιν. Εἰ ποιηταὶ οἱ ἡμέτεροι (οὓς εἰκότως διὰ τιμῆς ἄγομεν ὡσανεὶ ἄνδρας ἀθέους, τῶν θειῶν ἐμμελῶς) γράφουσι, τὸν Κρόνον εἶναι τεκνοφάγον, καὶ γαστρίμαργον, τὸν Δία ἐπιμὶξ μεμοιχευκέναι, Ἰλιάδ. ξ. τοὺς θεοὺς ἀλλήλοις πεπολεμηκέναι, σάρκα ἀνθρωπίνην βεβρωκέναι, καὶ ἐν

πλείσαις

Hic mandatum Dei habemus manifestissimum,quod contemnere nefarium equidem foret facinus. Aspernantur autem illud omnes, qui exponunt in scholis poëtarum fabulationes, sacrarum literatum obliti. Vah,tempus, cujus sumptus debebat esse preciosissimus,ejusmodi fabulatores perdunt.

Hos igitur à vera puerorum & juvenum educatione,nec non institutione tantùm aberrare,quantùm cœlum distat à terra,brevibus(siquidem quæstionis hujus dignitatem consideres) demonstrate conabor. Et ut à definitione scholarum exordiar, si in Christianis scholis oportet docere sapientiam & virtutem,sequitur,solicitos nos esse debere de novo Testamento,negligendas verò esse illas Ethnicorum fabulositates. Etenim,quænam est vera sapientia ? Ut nimirum agnoscamus Deum & nos ipsos,& ut Deum agnitum rectè colamus. Deum verò cognoscere non possumus ex Ethnicis libris, quos pleræque scholæ hucusque manibus suis terunt.

Quicunque enim authores crediderunt multos esse deos, permulta de iis fabulati sunt,falsorum deorum nominibus votum nuncupaturi & juraturi usi sunt, ab illis verus Deus cognosci nequit. Nimirum cœcus dux,huc & illuc oberrans,se & quem ducit præcipitat in foveam. Nihil dicturus sum de mysterio mysteriorum, nempe de sacrosancta Trinitate, ubi Ethnici ipsis piscibus sunt magis muti. Deus enim sivit gentes incedere in viis suis(Act.14. 16.)nec dignat⁹ est eos visitatione,quæ per prophetas facta est. Caro verò & sanguis tantum mysterium non revelavit (Mat. 16. 17.) sed Pater qui est in cœlis.

Homerus, Hesiodus, Pindarus, Aristophanes, Virgilius, Horatius & reliqui fabulatores,quia illi ignorârunt verum Deum, non potuerunt vera dicere de hoc uno & solo vero Deo. Et profectò eò impietatis & dementiæ processerunt,ut talia comminiscerentur de Numine peccata,quæ coram joventute recensere me pudet. Tales inquam deos,deásq; finxerunt, quales cives honesta Resp.nequaquam ferret. De quibus in vivum Deum peccantibus Palingenius verissimè scribit lib.1. quem *Arietem* vocavit, dicens:

In cœlo est meretrix,in cœlo est turpis adulter.

Poëtas verò à Satana actos hujusmodi confinxisse monstra, & sic fabulatos esse,non ineptè conjectat,ut occasiones præberent hominibus ad lasciviendum,ad scortandum, &,ut uno verbo dicam,ad luxuriandum.Scilicet,hoc erat hominem natura corruptum ampliùs corrumpere. Hoc (inquam) erat ignem igni addere.

Quum enim omnes naturâ ad quamlibet pravitatem nimis proclives & propensi simus facilè hæ obrepserint cogitationes : Si poëtæ nostri (quos meritò veneramur tanquam viros divinitus afflatos, deorúmque interpretes) scribunt, Saturnum devorare infantes, esse voracem, Jovem promiscuè scortatum esse, Iliad. 15. deos intestinis inter se dissedisse bellis, carnem humanam devorâsse, & in

πλείσταις κακίαις βεβορβορῶσθαι, ἕπεται, οὐκ εἶναι τοσαῦτα ἁμαρτήματα, καθάπερ οἱ Ἀρίσταρχοι οἱ ἡμέτεροι φλυαροῦσιν. Ἔξεστι πορνεύειν, ἀπατᾶν, πολεμεῖν, πίνειν καὶ βινεῖν, διὰ τὸ τοὺς θεοὺς ταῦτα πεποιηκέναι. Ἡ ζωὴ τῶν θεῶν ἡμῖν νόμος ἐστι. Καὶ δὴ οὐδὲν ἀγαθώτερον πρὸς τὸ μιμεῖσθαι, ἢ τὸ τῶν θεῶν παράδειγμα, πάντες ῥᾷστα οἴονται. Οἱ γὰρ ὀνομάζονται εὐδαιμονέστατοι, καὶ ὁμοίας εὐδαιμονίας ἐφικέσθαι πάντες ἐπιθυμοῦσιν.

Οὐεργίλιος ἀσεβέστατα ἔγραψεν Αἰνειάδ. ζ.

——Θεὸς δὲ γυναικὶ μέμικται

Εἰ γὰρ πολυμιξίαν οἱ θεοὶ ἠγάπησαν, τῶν ζώων ἀλόγων οὐ διήνεγκαν· καὶ διὰ τὸ ἀλόγων ἐγένοντο ἀλογώτεροι. Πλείω περὶ τούτων μολυσμῶν λέγειν ἡ εὐσέβεια ἀπαγορεύει, καὶ τοὺς ὁ ἐμοὺς φειδοῖ. Κάλλιον ἔγραψεν Εὐριπίδης λέγων, Θεοὶ εἰ δρῶσιν αἰσχρὰ, οὐκ εἰσὶ θεοί. Ὅμηρος καὶ οἱ μέτοχοι αὐτοῦ τοσαύτας αἰσχρότητας περὶ τῶν θεῶν γεγραφηκότες, τὸν σφῶν ἀθεϊσμὸν τοῖς ἐπιγινομένοις δηλότατα ἀπέφηναν.

Ναὶ πάμπολύ ἐστι, καθὼς Ἀριστοτέλης νουνεχέστατα ἐδίδαξεν, ἐκ νέων οὕτως ἢ οὕτως ἐθίζεσθαι, τῆς φύσεως ἑτέρας οὔσης τῆς συνηθείας. Τὸ ἔριον οὐ ῥᾳδίως ἀποῤῥίπτει τὸ πρῶτον χρῶμα. Ἡ μνήμη τῶν νεανίσκων μαλακή ἐστι καὶ κηρίνη, καὶ τύρεκα τὰ ἅπαξ ἐν ἡλικίᾳ ἀκμαζούσῃ ἠκουσμένα, ὥσπερ ἐγγεγραμμένα εἰς διηνεκὲς τηρεῖ.

Ἀνάγνωθι Πλάτωνα, εἰ βούλει, ἐν βιβλίῳ περὶ τῶν πολιτειῶν β. τὸν περὶ τούτου θέματος ἐξομολογουμένως διαλεγόμενον· οὐ παραδεκτέον (φησὶν) εἰς τὴν πόλιν τὰ μεμυθολογημένα ὑπὸ τῶν ποιητῶν, ὅτι θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ μάχονται. Οὐκ ἀποδεκτέον οὔτε Ὁμήρου, οὔτ' ἄλλου ποιητοῦ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος. Καὶ ὀνόμασι οὐκ ἀποδεκτέον τὰ περὶ τῆς θεομαχίας, ὅσα Ὅμηρος πεποίηκεν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. Ὁ γὰρ νέος (φησὶν) οὐχ οἷός τε κρίνειν, ὅ τι ὑπόνοια, καὶ ὃ μή· ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. Τὸν Θεὸν φάναι αἴτιον τῶν κακῶν, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ. Τοὺς ποιητὰς ἀναγκαστέον λογοποιεῖν καὶ γράφειν τὰ ὅσια, κλ.

Αὐτὸς ὁ Πλάτων καλῶς εἶπεν ἐν Θεάγει, οὐ γὰρ οἶδα (φησὶν) ὑπὲρ ὅτου ἄν τις νοῦν ἔχων μᾶλλον σπουδάζοι, ἢ ὑπὲρ υἱέος αὑτοῦ, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται. Ὁ αὐτὸς (ὡς Πλούταρχος περὶ παίδων ἀγωγῆς μαρτυρεῖ) ἐμμελῶς παραινεῖ ταῖς τίτθαις, μὴ τοὺς τυχόντας μύθους τοῖς παιδίοις ἐξηγεῖσθαι, ἵνα μὴ τὰς τούτων ψυχὰς ἐξ ἀρχῆς ἀνοίᾳ καὶ διαφθορᾷ ἀναπίμπλασθαι συμβαίνῃ.

Ὁ αὐτὸς περὶ νόμων δ. τάδε βουλεύει, ὅτι οὐκ ἐπιτρεπτέον τοῖς ποιηταῖς λέγειν τι, ὃ αὐτοῖς ἦν φίλον, ἅμα μή τι τοῖς νόμοις ἐναντίον λέγοντες, τὴν πόλιν βλάψωσιν. Εἰ ὁ Πλάτων οὐκ εἴασεν, ἵνα οἱ ποιηταὶ ὁποιαδήποτε κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀδολεσχῶσι, καὶ διαδιδῶσι τὰ τυχόντα λεπτολογήματα, τοῖς νόμοις ἀνθρωπίνοις ἐναντία. Πόσῳ ἧττον συγχωρητέον, ἵνα οἱ ποιηταὶ οἱ ἡμέτεροι ᾄδωσί τινα ἢ γράφωσι τῇ γραφῇ θεοπνεύστῳ ἀσύμφωνα;

Αὗται αἱ παραινέσεις χρυσότεραί εἰσι, καὶ πάνυ ἀξιομνημόνευτοι. Πολλοὶ παιδαγωγῶν ἐν τοῖς διδασκαλείοις (ἢ ἀμαθέστεροι ἐν τοῖς εἰδωλείοις)

cæno flagitiorum variorũ sese volutâsse, sequitur, non esse hæc tanta flagitia, prout Aristarchi nostri nugantur. Licet scortari, decipere, bello alios lacessere, bibere & libidinari, eò quòd dii hæc ipsa fecerint. Vita deorum nobis est instar legis. Et sanè nihil magis invitate ad imitandũ, quàm deorum exemplũ, omnes facillimè arbitrantur. Etenim illi putantur beatissimi, similémq; felicitatem cuncti adipisci cupiunt.

Virgilius maximè impiè scripsit Æneid 7.

Mista deo mulier —— ——

Si enim promiscuâ Venere dii usi sunt, brutis animantibus non præstiterunt: imò, ipsis brutis fuerunt magis bruti. Plura de hisce sordibus dicere ipsa pietas vetat, animúsque meus horrescit. Meliùs scripsit Euripides, dicens, dii si patrant turpia, non forent dii. Homerus & socii ejus, qui tantas turpitudines de diis scriptitarunt, se atheos fuisse, posteris evidentissimè demonstrârunt.

Profectò *haud parum refert*, ut Aristoteles sapientissimè docuit, *à teneris sic aut aliter assuescere*, quum natura altera sit prava consuetudo. Lana haud facilè primum deponit colorem. Memoria puerorum mollis est & cerea, quæque semel in ætate florente fuerunt hausta, tanquam incisa in perpetuum servat.

Lege Platonem, si libet, in libro de Rebus pub. 2. de hoc Themate ex professo disserentem, ubi ait, Non recipienda esse in urbem fabulosa poëtarum commenta, quasi dii inter sese gerant bella, aliiq; aliis struant insidias. Hanc neque Homeri circa deos insaniam, neque ullius alíus poëtæ esse recipiendam. Et nominatim non recipienda esse, quæ Homerus de deorum bello fabulatus fuerit, sive accipiantur hæc allegoricè, sive non. Juvenis enim (inquit) nescit distinguere quid sit figuratè dictum, & quid non: sed quascunq; ille toties hauserit opiniones, eas deinde difficulter elui, & manere altâ mente repostas. Deum affirmare causam malorum, quum sit bonus, omnino hunc errorem refutandum. Cogendos esse poëtas ut dicant & scribant sancta, &c.

Idem Plato bene dixit in Theage, Nescio (inquit) de quanam re aliquis sanâ mente præditus magis debeat esse solicitus quàm de filio, quomodónam optimus evadat. Idem (ut Plutarchus de puerorum educatione commemorat) diligenter monuit, nè nutrices quascunque fabulas puerulis enarrent, nè ipsorum teneras mentes ab initio dementiâ & corruptelis imbui contingat.

Idem Plato de legibus 4. hæc consulit, Non permittendum poëtis ut effutiant, quicquid iis libuerit, nè legibus contraria dicentes, urbi noceant. Si Plato non sivit, ut Poëtæ qualiacunque quæ ipsis in buccam venerint, garrirent, & disseminarent nugas legibus repugnantes: Quantò minus concedendum, ut Poëtæ nostri canant aut scribant discrepantia à Scripturis divinitùs inspiratis?

Admonitiones hæ auro sunt magis aureæ, & admodum memorabiles. Multi pædagogi in suis didascaliis (seu potiùs, in suis ido-

liis)

λείοις) ἑαυτῶν, προεργαίτερον ποιήσειν νομίζουσιν, ἐὰν διὰ πλειόνων διέλθωσι, τίς ὁ Ζεὺς, ὁ Ἥφαιστος, ὁ Ποσειδῶν, ὁ Κρόνος, κλ. πεπίστευνται, ἢ ἵνα ἐξηγήσωνται), τίς ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅπου οὐ μακρολογοῦσιν, ὥσπερ εἰ ἂν οὐ προσδέῃ τοῦ εἰδέναι τάδε. Κἀκεῖνοι τὴν βασιλείαν τοῦ Σατανᾶ καθελεῖν ὀφείλοντες, αὐτὴν καὶ ἀνοικοδομοῦντες λανθάνουσιν.

Ναὶ, οὐαὶ τῷ σκανδαλίσαντι ἕνα τῶν μικρῶν, καθώς φησιν ὁ Σωτὴρ, Ματθ. ιη. ζ. Ψευδολογεῖν δὲ περὶ τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ τόδε ἐστὶ σκανδαλίζειν τοὺς μικροὺς, ἤ περ τοὺς νεωτέρους, οἵτινες οἴονται πάντα εἶναι λόγια, τὰ ὑπὸ τῶν διδασκόντων κεχρηματισμένα; Δεῖ γὰρ τὸν μανθάνοντα πιστεύειν.

Οἱ ἄρχοντες χαλεπῶς φέρουσι, καὶ ὀργίζονται τῷ τὰς ψευδεῖς δόξας περὶ αὐτῶν διεσκεδακότι, καὶ τοιοῦτον ψεύστην ἀποσκορακίζουσιν. Εἰ φροντιστέον τῆς τῶν προεστώτων εὐφημίας, πόσῳ μᾶλλον λεκτέον περὶ τοῦ Θεοῦ, τὰ τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι προσήκοντα;

Οὐ δὲ μόνον ὁ Θεὸς ἐκ τῶν Ἐθνικῶν ξυγγραφέων οὐ γινώσκεται, ὡς μέχρι τοῦ δεῦρο εἴρηται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς ἐξ αὐτῶν ἐπιγνῶναι οὐκ ἰσχύομεν. Αἱ γὰρ τῶν ποιητῶν Βιβλιοθῆκαι οὐδὲν περιέχουσι περὶ τῆς παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου· οὐδὲν περὶ τῆς παρακοῆς καὶ ἁμαρτήματος ἡμῶν, τῶν τότε γεγονότων ἐν ὀσφύϊ τοῦ Ἀδάμ· οὐδὲν περὶ τῆς κτίσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου. Καὶ ἐάν τι τούτων φῶσι, τοσοῦτον τῶν σφῶν μυθολογίαις ἐπέπλεξαν, καὶ ἐπεσκότωσαν, ἵνα φανερὸν ἡ ἀλήθεια, ἧς σκιάν τινα παρὰ πατριαρχῶν εἰλήφασιν, ἐν τοῖς ἀπίστοις τοῦ ψεύδους ὕποπτος γένηται.

Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου παλιγγενεσίας καὶ λυτρώσεως διὰ μόνου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδὲ γρῦ φθέγγονται. Καὶ Ἀπόστολος ὁμολογεῖ, ὑφ' ἑαυτοῦ κεκηρύχθαι τὸν Χριστὸν, τοῖς Ἕλλησι μωρίαν. Ὁ γὰρ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Μωρία αὐτῷ ἐστὶ, καὶ οὐ δύναται αὐτὰ γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται, α Κορ. β. ιδ.

Δῆλόν ἐστιν ἐν Πραξ. κς. κδ. ὅτι ὁ Φῆστος τῷ Παύλῳ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ διειλεγμένῳ, οὑτωσὶ προσεφώνησε, Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. Αὕτη ἡ διδαχὴ ἐδόκει τῷ Φήστῳ μανία τις. Ἅπαντες δὲ οἱ Ἐθνικοὶ οἱ πρὸ Χριστοῦ ἐνσαρκωθέντος γεγραφότες, ὧν βίβλους ἔχομεν, ψυχικοὶ ἐγένοντο, ἄθεοι, ἀσεβεῖς, περιπαλοῦντες ἐν ταῖς σφῶν εἰδωλομανίαις. Διό περ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ τοσαῦτα μυστήρια ἠγνόησαν, τότε ἐν ἔθνεσι σεσιγημένα.

Ἐκ τῶν εἰρημένων καταφανές ἐστι καὶ τοῦ ἡλίου λαμπρότερον, τὴν ἀληθινὴν σοφίαν παρὰ τοῖς ἐθνικοῖς ξυγγραφεῦσιν οὔτε ζητητέον, οὔτε ἐκεῖ εὑρητέον.

Κἂν δὲ πολλὰ περὶ τῶν ἠθῶν οὐκ ἀπαιδεύτως, ἀλλὰ νουνεχόντως εἰρημένα ἔχωσιν, ὡς οὐκ ἐξαρνός εἰμι, ἀλλ' ὅμως πολλάκις κακίαν ἀντὶ ἀρετῆς, καὶ ἐξ ἐναντίας ἀρετὴν ἀντὶ κακίας τοῖς ἄφροσι καὶ τοῖς ἰδιώταις ἐνσταλάζουσι.

Περὶ τῆς θεοσεβείας ὁ Ἀριστοτέλης οὐδὲν ἱστορεῖ. Κικέρων ἐν βίβλοις περὶ τοῦ προσήκοντος ὁμολογεῖ, σκιάν τινα τῆς ἀρετῆς εὑρηκέναι, καὶ ἀνόμως γράφει, οὐδένα βλάπτε, εἰ μὴ ἀδικηθείς. Ὁ γὰρ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ αἰώνιος τοῦ Πατρὸς Σοφία τὸ ἐναντίον κελεύει, Ματθ. ε. μδ. λέγων ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. Ρωμ. ιβ. κ.

liis) majus operæ pretium se facere arbitrantur, si pluribus explanēt, quisnam Jupiter, Vulcanus, Neptunus, Saturnus, &c. creditus fuerit, quàm ut interpretentur quisnam sit Jesus Christus, ubi non multis utuntur verbis, quasi hæc scire nihil intersit. Atque ita, qui regnū Satanæ debebant labefactare & destruere, illud nescientes stabiliunt.

Profectò, *væ illi qui scandalum dederit uni ex minimis*, sicut loquitur Servator Matth. 18.7. Mentiri verò de Deo, annon hoc est offendere parvulos, sive adolescentes, qui putant omnia esse oracula quæ à docentibus fuére prolata? Oportet enim discentem credere.

Principes ægrè ferunt, & irascuntur ei qui falsam de ipsis opinionem sparserit, eúmque mendacem jubent abire in rem malam. Si de principum fama, ut ea sarta tectáque maneat, debemus esse soliciti, quantò magis dicenda sunt de Deo, quæ ejus majestati conveniunt?

Non solùm verò Deus ex Ethnicis scriptoribus non cognoscitur, sicut hactenus dictum est, sed etiam nos ipsos ex iis agnoscere nequimus. Nam poëtarum Bibliothecæ nihil continent de lapsu Adami, nihil de inobedientia & lapsu nostro, qui tum eramus in lumbis Adami: nihil de creatione & vita æterna. Et si quæ horum habeant, tātopere suis fabulosis commentis implicârunt & obscurârunt, ut ferme veritas, cujus umbram quandam à patriarchis acceperant, apud infideles mendacii reddatur suspecta.

De hominis regeneratione & liberatione per solum Jesum Christum, nè gry quidem proferunt. Et Apostolus fatetur à se prædicatum Christum, quæ doctrina Græcis visa fuerit stultitia. *Animalis enim homo non capit ea quæ sunt Spiritus Dei. Sunt ei stultitia, nec potest ea cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur*, 1 Cor 2. 14.

Ex Act. 26. 24. patet, Festum, Pauli sermonē de resurrectione mortuorum, & justo Dei judicio disserentis sic interrupisse, *Insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam redigunt*. Hæc doctrina videbatur Festo insania quædam. Omnes verò Ethnici, qui ante Christum incarnatum scripserunt, quorum libros habemus, animales fuerunt, athëi, impii, ambulantes in suis idolomaniis. Quapropter nihil miri est si tanta mysteria ignoraverint, eo tempore inter gentes silentio sepulta.

Ex iis quæ diximus, luculentissimè, ipsóque sole clarius apparet, veram sapientiam apud Ethnicos authores neque quærendam, neque inveniri posse.

Quamvis verò multa de moribus haud inscitè, sed sapienter dicta habeant, prout inficiari nolim, tamen sæpe vitium pro virtute, & contrà virtutem pro vitio insipientibus & idiotis instillant.

De pietate in Deum Aristoteles nihil commemorat. Cicero in libris de officiis fatetur, se tantùm aliquam virtutis umbram reperisse, & perperam scribit, neminem læde, nisi lacessitus & injuria affectus. Servator enim noster, æterna Patris Sapientia, contrarium mandat, Matth. 5. 44. dicens, *Diligite hostes vestros*. Rom. 12. 20.

Ale

ψώμιζε τὸν ἐχθρόν σου. Καὶ ὁ Σωτὴρ πρὶν ἢ ἀποτεθνηκέναι, ηὔξατο ὑπὲρ τῶν ἀσεβῶν, δι' ὧν τῷ σταυρῷ προσηλώθη, καὶ δι' ὧν οἱ πόδες καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἀξιώταται ὠμοτάτως διωρύγησαν. Στέφανος ὁ πρωτομάρτυς ἐν τῷ λιθοβολεῖσθαι ἑαυτοῦ, ταὐτὸ ἐποίησε, κεκραγώς, Πραξ. ζ. ξ. Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

Ἡ καινὴ Διαθήκη συνίστησι καὶ πολλαχῆ προβιβάζει τὸ ταπεινοφρονεῖν, διδάσκουσα, ὅτι Θεὸς τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, τοῖς ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ὅτι οἰκεῖν μέλλει ἐν τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ. παρὰ τοῖς ἐθνικοῖς δὲ τὸ φιλοπρωτεύειν, τὸ

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

Οὐκ ἦν ψεκτόν, ἀλλὰ τεκμήριόν τι τῆς μεγαλοψυχίας. Ἡ ἁγία γραφὴ διδάσκει, τὸν γάμον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τετάχθαι, ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τετιμῆσθαι, καὶ ηὐλογῆσθαι. πολλοὶ δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσι ποιηταὶ ἄθεοι, κατὰ τὸ εἰωθός τισι καὶ ἐν τούτῳ αἰῶνι οὖσι, ταῖς ἡδοναῖς μεθυσθέντες, καὶ εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδοθέντες, τὸν γάμον μωμοῦνται, ἐκφαυλίζουσι καὶ ἐξουθενοῦσι, λέγοντες,

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσον ἢ γαμεῖν.

Τὴν μοναυλίαν εἶναι βίον ἀγγελικόν. Περὶ ὧν ἀληθεστάτη ἐστὶν ἡ παλαιὰ παροιμία, ὅτι

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

Ὧν τὰ ἔπη πολλάκις οὐ διαφέρουσι τῶν γραῶν ὕθλου καὶ εἰσὶν ἔωλος ἡ ψυχρολογία.

Οὐχὶ ὁ Πυθαγόρας τῶν ἐθνικῶν φιλοσοφώτατος ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσι, καθὼς αὐτὰ καλεῖ, ἀσεβέστατον ἔγραψε,

Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας.

Καθ' ὃν τρόπον καὶ Οὐεργίλιος, καίπερ ἄλλον λαλοῦντα εἰσαγαγὼν, ἱστορεῖ τούτοις τοῖς ἔπεσιν,

Εἰ θεὸν οὐ δύναμαι κινεῖν, Ἀχέροντα σαλεύσω.

Ὅμηρος ὁ τῶν μυθογράφων κορυφαῖος, τὰ τῷ Θεῷ μόνῳ ἴδια, τῷ ἡλίῳ οὐκ ἄνευ βλασφημίας ἀπένειμεν, Ἰλιάδ. γ. οὕτω μυθεύων,

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Ἀλλὰ τί ἔτι λέγω; ἐπιλείψει γάρ με τοιαῦτα καθ' ἓν διηγούμενον ὁ χρόνος.

Πλεῖστα τοιάδε παραπλήσια ἀναγινώσκειν ἐστὶ παρὰ τῷ Ἀθανασίῳ, ἐν τῷ λόγῳ κατὰ τῶν ἑλλήνων.

Μέχρι τοῦδε ἀπέδειξα, τὴν ἀληθινὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν παρὰ τῶν ἐθνικῶν οὐ μαθητέον. Ἃ γάρ τις οὐκ ἔχει, οὐδὲ αὐτὰ ἄλλοις κοινωνεῖν ἰσχύει.

Οἴδαμεν δὲ τὰς σχολὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διατετάχθαι, καὶ ὑπὸ τῶν θεοσεβεστάτων ἀρχόντων ἀνεῷχθαι, πρὸς τὸ ἀκέσασθαι δύο τῆς ψυχῆς νόσους· ὧν ἡ μὲν ἐν τῷ νοΐ, ἡ δήπου μωρία, τουτέστιν ἡ ἀγνωσία Θεοῦ καὶ ἑαυτῶν. ἡ δὲ ἐν τῷ θελήματι κεῖται, ἡ ἔγκλισις πρὸς τὰ φαῦλα. Ὁ νοῦς κατὰ τὴν ἐμπεφυκυῖαν τυφλότητα οὔτε Θεὸν, οὔτε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ὀρθῶς γινώσκει. Τὸ θέλημα, διὰ τὸ τῇ φύσει ἀπάγεσθαι πρὸς τὰ κακά, τῷ νῦν τὰ ἐσθλὰ φαίνοντι ἀντίκειται, ἀντιστρατεύεται, καὶ τοῦ καλοῦ ἐφίεσθαι οὐ θέλει.

Ἐπειδὴ

Ale hostem tuum. Et Servator antequam moreretur, *oravit pro impiis*, per quos cruci fuerat affixus, & per quos pedes & manus ejus sanctissimæ crudelissimè fuerunt clavis pertusæ. Stephanus primus martyr, quum lapidaretur idem fecit, vociferans. Act. 7. 60. *Domine, nè statuas iis hoc peccatum.*

Novum Testamentum commendat, & passim inculcat humilitatem, docens, *Deum superbis resistere, humilibus verò dare gratiam: ipsum habitaturum in contritis corde*, Isa. 57. 15. Apud Gentiles verò ambire primatum,

Velle præire alios, & iis præcellere semper,

Non ita positum fuit in vitio, sed pro signo magnanimitatis habitum. Sacra Scriptura docet, nuptias à Deo institutas, à Christo honoratas & benedictas. Multi verò inter Ethnicos poëtæ impii (pro more quorundam etiam hâc ætate viventium) voluptatibus inebriati, & in reprobam mentem traditi, conjugium incessunt, contemnunt, & pro nihilo reputant, dicentes,

Satius est mulierem sepelire, quàm ducere.

Vitam cœlibem esse angelicam. De quibus verissima est vetus illa gnoma, *Sæpe solent vates mentiri,*
quorum carmina sæpe ab anilibus nugis nihil differunt, & sunt veteres ineptiæ.

Annon Pythagoras ethnicorum philosophorum præstantissimus in aureis suis carminibus, prout ea inscribit, planè impiè dixit,

Tatareósque deos colito.

Quemadmodum etiam Virgilius, quamvis alium loquentem introducens, commemorat his verbis:

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Homerus fabulosorum scriptorum coryphæus, quæ in solum Deum cadunt, soli non sine blasphemia attribuit, Illiad. 3. ubi sic fabulatur:

Sol qui cuncta audis, quique omnia conspicis unus.

Sed quid præterea loquor? Deficeret enim me tempus, si singula vellem enarrare.

Plurima hisce similia legere licet apud beatum Athanasium in oratione sua contra gentes.

Hactenus demonstravi, veram sapientiam & virtutem ex Ethnicorum scriptis non esse discendam. Quæ enim quis non habet, ea nec aliis impertiri potest.

Novimus verò scholas à Deo institutas, ab admodum piis principibus apertas, ad sanandos duos animi morbos: quorum hic quidem est in mente, nempe stultitia, hoc est ignorantia Dei & nostri ipsorum: ille verò in voluntate sedem habet, nempe inclinatio ad mala. Mens hominis pro innata cœcitate neque Deum, neque opera Dei rectè agnoscit. Voluntas, quum naturâ abripiatur ad mala, menti honesta ostendenti repugnat, & bonum appetere non vult.

Ἐπειδὴ τοιγαροῦν δῆλον τόδε νόσημα ἀπὸ τῶν Ἐθνικῶν ξυγγραφέων ἴασθαι ἤτοι θεραπεύεσθαι οὐ δύναται, φέρε πόση μανία ἐστί, τοιούτοις χρήσασθαι ἰατροῖς, οἵτινες ἕλκεσι βρύοντες, ἑαυτοὺς σῶσαι οὐκ ἐξεδυνάτησαν; Ἀνόητοι καὶ γελοῖοί ἐσμεν, οἱ θέλοντες εὑρεθέντος τοῦ σίτου βαλάνους ἐσθίειν. Ὁ Φωκυλίδης πάντων ποιητῶν ἀγνότατος, καλῶς γράφει·

Παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.

Τί δὲ κάλλιον, τί χρησιμώτερον, τί ἀναγκαιότερον, ἢ καταμαθεῖν καὶ εἰδέναι τὸν ἕνα ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν; Ἰωαν. ιζ. γ. αὕτη ἡ ἐπιστήμη ἡμῖν ἐν τῇ τοῦ θανάτου ἀγωνίᾳ ἀντιλαμβάνεται καὶ συναγωνίζεται, ὅτε ἡ Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Κικέρων, πᾶσα ἐμπειρία τῶν Φιλοσόφων, καὶ ἡ τῶν ποιητῶν μελίρρυτος ᾠδή, ὡς σκύβαλα καὶ ματαιοποιία τις ἀπόλλυται, καὶ παντελῶς ἀφανίζεται.

Διόπερ τὴν καινὴν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαθήκην, ὡς τὸ ἓν καὶ ἀληθέστατον τῆς ψυχῆς ἰατρεῖον ἀεὶ ἀναγινώσκωμέν τε καὶ μελετῶμεν. Ἐν τούτοις τοῦ Θεοῦ λογίοις διημερεύωμέν τε καὶ διανυκτερεύωμεν, εἰδότες ὅτι ἐκεῖ εἰσι ῥήματα ζωῆς αἰωνίου. Ἰωαν. ς. ξη. Σήμερον τῆς τοῦ Θεοῦ φωνῆς ἀκούοντες, μὴ βύωμεν τὰ ὦτα, μὴ σκληρύνωμεν τὰς καρδίας, μὴ γινώμεθα ἀνήκοοι τῆς συμβουλῆς τοῦ Δαβίδ, τοῦ βοῶντος,

Ψαλμ. ριθ. θ. ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου.

Οὐαὶ τοῖς διδασκάλοις τοῖς καταφρονητικῶς ἔχουσι τοιαύτης νουθεσίας, τοῖς τὰ ἀρνία τοῦ Χριστοῦ ἀπατῶσι καὶ ἀπάγουσιν εἰς νομὴν νοσώδη καὶ ἐλώδη.

Ὁ λόγος οὖν τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν πλουσίως οἰκείτω, ἐν τοῖς ναοῖς, καὶ ταῖς σχολαῖς ἠχείτω καὶ κατηχείσθω. τὰ πρόβατα τὰ ἐμά, ἔφη ὁ Χριστός, (Ἰωαν. ι. κζ.) τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτά, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι. καὶ Ἰωαν. η. μζ. ταυτὸν ἀποφθέγγεται, λέγων, ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει. καὶ ὁ Ἀπόστολος ταυτὰ ὑποτίθεται τῷ Τιμοθέῳ, τῷ υἱῷ αὐτοῦ γνησίῳ, λέγων, α Τιμ. δ. ζ. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ, γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν.

Ὦ διδάσκαλοι καὶ σχολάρχαι, θέσθε τούτους τοὺς λόγους εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν· μὴ κωλύετε, μὴ εἴργετε τὰ τοῦ Χριστοῦ ἀρνία ταύτης νομῆς, εἰδότες αὐτὴν οὐ μόνον τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς νεωτέροις δίδοσθαι. Μὴ γίνεσθε μιμηταὶ τῶν Φαρισαίων, τῶν κλειόντων τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ματθ. κγ. ιγ. ὑμεῖς οὐκ εἰσέρχεσθε (φησὶν ὁ Χριστός) οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.

Ἐοικότες κυνὶ τῷ οὐ φαγόντι χόρτον, καὶ μέντοιγε κωλύοντι ἀπ᾽ αὐτοῦ τὰ θρέμματα.

Ἀκούσατε Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀρχιποίμενος, τοῦ εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ

Μαρκ. ι. ιγ. ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτά, ηὐλόγει αὐτά.

Πρὸς

Quum itaque duplex hæc ægritudo ab Ethnicis scriptoribus sanari aut curari nequeat, quanta quæso insania est, ejusmodi uti medicis, qui ipsi ulceribus scatentes, seipsos sanare non potuerunt? Amentes & ridiculi sumus, qui inventis frugibus glandes edere malumus. Phocylides omnium poëtarum castissimus, præclarè scribit,

Te puerum fas est addiscere semper honesta.

Quid vero esse potest melius, quid utilius, quid magis necessarium, quàm discere & *agnoscere unicum verum Deum, & quem misit Jesum Christum?* Joh. 17. 3. Hæc scientia nobis in mortis agone opitulatur, & fert suppetias, ubi Plato, Aristoteles, Cicero, omnis Rhetorum facundia, poëtarúmque mellifluus sermo, tanquam quísquiliæ & vanus labor perit, penitúsque evanescit.

Quapropter novum Jesu Christi Servatoris nostri Testamentum, tanquam unicum & verissimum animæ Iatríum, hoc est, medicam officinam legamus & meditemur. In hisce Dei eloquiis noctes diésque consumamus, haud ignorantes in iis contineri *verba vitæ æternæ.* Joh. 6. 68. Hodie vocem Dei audientes, nè obthuremus aures, nè induremus corda, nè simus immorigeri in sequendo consilio Davidis, clamantis,

Psal. 119. 9. *Quomodo purificabit juvenis viam suam? observando eam secundùm verbum tuum.*

Væ illis præceptoribus qui vilipendunt hujusmodi admonitiones, qui agnis Christi imponunt, eósque abducunt ad pascua insalubria & palustria!

Sermo itaque *Dei inter nos copiosè habitet,* Templa & Scholæ nostræ eo personent: *Oves meæ,* ait Christus, (Johan. 10. 27.) *vocem meam audiunt, & ego novi illas, & sequuntur me.* Et Johan 8. 47. idem proloquitur, dicens, *Qui est ex Deo, verba Dei audit.* Et Apostolus eadem ob oculos ponit Timotheo filio suo non degeneri, dicens, 1 Tim. 4. 7. *Profanas verò & aniles fabulas devita, exerce veró temetipsum ad pietatem.*

O præceptores, ô scholarchæ! hæc verba in intimis animi vestri penetralibus recondite: nè arcete, nè prohibete agnos Christi ab his pascuis, scientes ea non tantùm adultis, sed etiam adolescentbus data esse. Nè imitamini Pharisæos, qui clauserunt regnum cœlorum.

Matth. 23. 13. *Vos non intratis* (ait Christus) *neque introeuntes sinitis introire.*

Smiles erant cani qui non vescitur fœno, & tamen ab eo pecudes prohibet.

Audite Christum principem pastorum, qui dix it ad discipulos suos

Marc. 10. 13. *Sinite puerulos ad me venire, & nè arcete illos: talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, Quicunque non exceperit regnum Dei ut puerulus, nequaquam in id ingredietur. Et quum accepisset eos in ulnas, impositis super eos manibus, benedixit iis.*

Cæterùm

Πρὸς τούτοις, ἐν τῷ ζῆν, καὶ ἐν τῷ ὁποιαδήποτε πράττειν, πρέπει ἡμῖν πάντοτε ἀποβλέπειν εἰς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἁγιώτατον, ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ἡμῖν ἀποκεκαλυμμένον. Οὐκ ἔξεστιν ἀπ᾽ αὐτῶν ἐκκλίνειν εἰς δεξιὰ ἢ ἀριστερά. Πᾶν γὰρ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστί, Ῥωμ. ιδ. κγ. ὁ Θεὸς γὰρ ἐνομοθέτησεν,

Ἐξόδ. κγ. ιγ. ὄνομα θεῶν ἑτέρων οὐκ ἀναμνησθήσεσθε, οὐδὲ μὴ ἀκουσθῇ ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν.

Ψαλμ. ις. δ. οὐδὲ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου.

Ἀλλὰ δὴ τίνες εἰσὶν οἱ θεοὶ ἕτεροι, καὶ τίνα αὐτῶν εἰσὶ τὰ ὀνόματα; Ζεύς, Ἑρμῆς, Ἥφαιστος, Ποσειδῶν, Κρόνος, Βάκχος, Ἄρης, καὶ τὰ λοιπὰ εἴδωλα καταβεβοημένα, ὧν αἱ βίβλοι τῶν Ἐθνῶν πλήρεις εἰσίν.

Ὄφελον ἂν οἱ ποιηταὶ οἱ ἡμέτεροι ταῦτα συννοῶσιν. ὅτι οἱ ἐπικαλούμενοι Δία, Παλλάδα, Φοῖβον, κλ. τὸν διάβολον καίπερ δι᾽ ἀγνοίας, ἐπικέκληνται, αὐτῷ δουλεύοντες λελήθασι, καὶ εἰς δεκάλογον ἀποπερασμένως πεπλημμελήκασι. Οὕτως γὰρ ὁ Ἀπόστολος λέγει,

α. Κορ. ι. κ. ἃ θύει τὰ Ἔθνη, τοῖς δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ τῷ Θεῷ.

Ἔθυον γὰρ τῷ Διΐ, καὶ τοῖς ἑτέροις θεοῖς, περὶ ὧν ὀλίγῳ πρότερον μνείαν ἐποιησάμεθα.

Τὸ Πνεῦμα ἅγιον διεστείλατο ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς (ὡς ἀκούσαντες ἔφθημεν) μὴ ἀναμεμνῆσθαι τῶν ὀνομάτων τῶν θεῶν ἑτέρων. Ἀξιώτατα γάρ ἐστιν ἐκεῖνα εἴδωλα, ὧν ὀνόματα, ὧν ἡ μνεία καὶ τὰ μνημόσυνα τοῦ καθόλου ἐξαλειφθῶσι, καὶ ἐκποδὼν ἐκ μέσου ἀρθῶσι.

Τοῖς δὲ ἀντιπράττουσι καὶ φάσκουσι, τοὺς Ἐθνικοὺς γεγραφέναι καὶ παραλελοιπέναι πολλὰ ὠφέλιμα πρὸς τὸ κατορθῶσαι τὰ ἔθη, πρὸς τὸ τὴν πόλιν καλῶς διέπειν, κλ. καὶ τὸ γλυκὺ τῶν ποιημάτων οὐκ εἶναι ἀφιλόσοφον.

Ἀποκρίνομαι α. Κορ. ε. ς. μικρὰ ἡ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Ἀγαθῶν τὸ φαῦλον μεμιγμένον τὰ πάντα διαφθείρει. Ἐν τῇ καινῇ Διαθήκῃ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου ἐπιστολὴν ἀνάγνωθι, ἥτινα τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ Κικέρωνος ἠθικῶν μακρότατον προέχει. Ἀνάγνωθι τὰς λοιπὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐπιστολάς, καὶ ὁμολογήσεις, αὐτὰς μόνας τελειοτάτην τοῦ καλῶς ζῆν ὑποτύπωσιν ἡμῖν παραλελοιπέναι, ἐν συγγεγραφέναι. Ἀνάγνωθι τὰς τοῦ Σολομῶντος παροιμίας, τοὺς Ψαλμούς, τὸν Ἰώβ, τὴν Πεντάτευχον, κλ. καὶ πέλαγός τι ἐνθεωτάτων γνωμῶν θαυμάσεις.

Οἱ Ἐθνικοὶ εἴ τι ἔχον καλόν, αὐτὸ εἰλήφασι παρὰ τῶν Πατριαρχῶν, οἱ δὲ Πατριάρχαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς τῷ τυφλῷ δῆλον, πλεῖστοι ἐκ τοῦ Μωσέως, ἀρχαιοτάτου συγγραφέως τὰ ἑαυτῶν ἠθικὰ ἠντλήκασι. Καλῶς δὲ εἶπεν ὁ ποιητής·

Ἐκ πηγῆς γλύκιον πινόμενον ἐστιν ὕδωρ.

Ὅτι δὲ φῄς, τὸ γλυκὺ τῶν ποιημάτων οὐκ εἶναι ἀφιλόσοφον, καὶ αὐτοῦ προφορὰν ἀποκείνομαι. Τί γλύκιον τῆς ἁγίας Γραφῆς;

Ψαλμ. ιη. ια. τὰ κρίματα Κυρίου γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι.

Ψαλμ. ριη. ργ. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου; ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.

Ἰεζεκιὴλ

Cæterùm in tota vita, quicquid egerimus, nobis convenit semper respicere ad voluntatem DEI sanctissimam, in sacris literis nobis revelatam. Non licet ab ea deflectere ad dextram aut ad lævam. *Quicquid non est ex fide, peccatum est*, Rom. 14.23. Deus verò legem tulit,

Exod. 23.13. ubi dicit, *Nomen deorum alienorum ne recordemini, ne audiatur ex ore vestro.*

Psal. 16.4. *Neque assumam nomina eorum idolorum in labiis meis.*

Sed quinam sunt dii illi alieni, & quænam sunt nomina eorum? Jupiter, Mercurius, Vulcanus, Neptunus, Saturnus, Bacchus, Mars, aliaq; id genus idola famosissima, quibus libri Gentilium referti sunt.

Utinam poëtastri nostri considerarent, ipsos invocantes Jovem, Palladem, Phœbum, &c. diabolum, quamvis per ignorantiam, invocâsse, ei nescientes serviisse, & apertissimè peccâsse in decalogum! Disertè enim dicit Apostolus,

1 Cor. 10.20. quæ Gentes sacrificant, dæmoniis sacrificant, & non Deo.

Sacrificabant verò Jovi, & cæteris diis, quorum paulò ante mentionem fecimus.

SPIRITUS S. interdixit nobis Christianis, prout supra locuti sumus, ne meminerimus deorum alienorum. Dignissima enim sunt idola illa, quorum nomina, quorum mentio & monimenta prorsus deleantur, eque medio planè tollantur.

Repugnantibus verò & objicientibus, Ethnicos scripsisse & reliquisse multa utilia ad emendandos mores, ad Remp. bene gubernandam, &c. & suavitatem poëmatum non esse à philosopho alienam.

Respondeo, 1 Cor. 5. 6. *parum fermenti totam massam fermentat.* Mala bonis mista omnia corrumpunt. In N.T. lege sancti Petri Epistolam, quam Aristotelis & Ciceronis Ethicis longissimè præfero. Lege reliquas sanctorum Apostolorum Epistolas, & fateberis, illos solos perfectissimam bene vivendi formulam nobis reliquisse, & conscripsisse. Lege Proverbia Solomonis, Psalmos, Jobum, Pentateuchum, &c. & divinissimarum gnomarum pelagus admiraberis.

Ethnici si quid boni habuerunt, acceperunt à Patriarchis, Patriarchæ verò à Deo, & prout cæco notum esse potest, plurimi ex Mose, tanquam antiquissimo Scriptore moralia sua hauserunt. Bene verò dixit poëta.

Puriùs ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Quod verò ais, suavitatem poëmatum non esse alienam à philosopho, illud in te retorquens, respondeo. Quid dulcius esse potest sacra Scripturà?

Psal. 19.11. *Judicia* DOMINI *dulciora sunt melle.*

Psal. 119. 103. *Quàm dulcia sunt palato meo judicia sermonis tui! Dulciora melle ori meo.*

Ἰεζεκιήλ γ. καὶ ἔφαγον αὐτὴν (βίβλον) καὶ ἐγένετο ἐν τῷ στόματί μου ὡς
μέλι γλυκάζον.

Ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς πλησμονή. καὶ ὡς Πίνδαρος γράφει, καὶ τ
μέλι κόρον ἔχει. τῆς δὲ ἁγίας γραφῆς τέρψεσιν ἡ θεοσεβὴς ψυχὴ χορ
τασθῆναι οὐχ οἷα τ' ἐστίν. οὐδεμία αὐτῶν ἐστι πλησμονή. τίς γὰρ γλυκύτη
μείζων τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐκκεχυμένης εἰς τὰς τῶν ἐκλεκτῶ
καρδίας;

Οἱ γευσάμενοι τοσαύτης γλυκύτητος, κραυγάζουσι ξὺν τῷ ἀποστόλ

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Φιλιππ. γ. η. ἀλλὰ μενοῦνγε (φησὶ) καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν, διὰ τ
ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημι
ώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω.

Ἡ γραφὴ γοῦν πάντων τῶν γλυκέων ἐστὶ γλυκυτάτη, καὶ ἀληθέστατ
λέγεται,

Εἰ δέδαας Χριστὸν, κἂν μὴ γνῷς τ' ἄλλα, σοὶ ἀρκεῖ.
Εἰ δὲ μὲν οὐ δέδαας, σοῦ γράμματα λῆρος ἔασι.

Τί γοῦν ἐστιν ἡ φιλοσοφία, ἡ χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ; φιλομωρία καὶ δια
φθορά τις τῶν φρενῶν, καὶ ὡς Σολομῶν ἀληθέστατα γράφει, ματαιότ
ματαιοτήτων.

Ποτίζωμεν οὖν τοὺς νεανίσκους τοὺς ἡμετέρους γάλα τῶν ἱερῶν γραμμ
των, τὸ ἄδολον, καθαρὸν, καὶ ὑγιαῖνον. ἐν τοῖς ἐθνικοῖς ποιηταῖς, ὡς ἐπὶ
πλεῖστον, πολλοί εἰσι λῆροι καὶ οὐδὲν ὑγιές.

Πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐνσαρκωθῆναι ἡ ἐκκλησία οὐ χρείαν εἶχε τῶν β
βλων ἐθνικῶν, ἀλλὰ Μωσῆς, ψαλμοὶ καὶ οἱ προφῆται ἤρκεσαν. διὰ τί
ἐν τῇ σήμερον ἡμῖν οὐκ ἀρκεῖ ἡ ἁγία γραφὴ, ἡ αὐξηθεῖσα τῶν ἀποστολικ
βίβλων προσθήκῃ;

Πολλοὶ Χριστιανοὶ οἱ ὑπὸ τοῖς ἐθνικοῖς καὶ ἀσεβέσιν αὐτοκράτορσι β
βιωκότες, ὅτι ἔλεγον παραιτητέον τὰ τῶν ψευδῶν θεῶν ὀνόματα, ἐδιώ
χθησαν, καὶ ὡς ἰδεῖν ἐστιν ἐκ τῶν πράξεων ἀποστολικῶν, ἐκ τῆς πρὸς Ἑβρ
ἐπιστολῆς τοῦ ια. λζ. καὶ τῶν ἱστοριῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἐρραβδίσθησαν,
δεσμωτήρια ἀπήχθησαν, εἰς σειρὰς ἠσφαλίσθησαν, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσ
θησαν, ἐτυμπανίσθησαν, ἐπελεκίσθησαν, εἰς πῦρ ἀπεσφενδονίσθησαν, ἢ
ριάλωτοι ἀνῃρέθησαν.

Οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἡμέτεροι οὐ δυσωποῦνται ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι τὰς μ
σας, τὴν Παλλάδα, καὶ ἡμῶν νουθετούντων καταγελῶσιν ὥσπερ δοκησίσοφ
καὶ τὴν ἑαυτῶν σκιὰν δεδιότων.

Ὦ κακόζηλοι, καὶ πίθηκοι τῶν χωρὶς Χριστοῦ ὄντων χλευαστῶν, τῶν
ἐκκλησίας ἀπηλλοτριωμένων ἐλπίδα τῆς ζωῆς αἰωνίου μὴ ἐχόντων, καὶ
σης ἀπολογίας ἀπεστερημένων! ὑμεῖς δὴ πάλαι ἐξήκειτε ἂν εἰ ἦτε
ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑφ' ὧν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ πλεῖστοι τῶν μαρτ
ἀνηλεῶς ἀπεκτάνθησαν, διὰ τὸ οὐκ ἐθέλειν ἐπικαλεῖσθαι τὸν Δία, τ
Παλλάδα, τὸν Φοῖβον κλ.

Οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἡμέτεροι, οἱ νέοι μυθολόγοι, οἱ ὁμηρίζοντες, τοὔνομα Χ
στιανοὶ, ἑαυτοὺς ἀπολογεῖσθαι ἐπιχειροῦσι, φάσκοντες, κάλλιον νοῆσαι ἢ λαλ

εἶδ

Ezech. 3. 3. *& comedi* volumen illud, *& fuit in ore meo par melli dulcedine.*

Omnium rerum in hac terra tandem nos capit satietas; & ut Pindarus scribit, etiam mellis capimur satietate. Sacræ Scripturæ verò deliciis pia anima saturari nequit. Nullum ejus esse potest fastidium. Etenim quænam dulcedo major est charitate DEI effusa in corda electorum? Rom. 5. 5.

Qui gustârunt tantam dulcedinem, exclamant cum Apostolo,

Ex cujus ore sermo fluxit melle dulcior.

Philip. 3. v. 8. *Quin etiam certe duco omnia damnum esse propter eminentiam cognitionis* CHRISTI JESU *Domini mei: propter quem omnibus istis meipsum multavi,* eaque *duco pro stercoribus, ut* CHRISTUM *lucrifaciam.*

Ergo Scriptura omnium rerum dulcium est dulcissima; & verissimè dicitur,

Si CHRISTUM *discis, satis est si cætera nescis.*
Si CHRISTUM *nescis, nihil est si cætera discis.*

Et quid est quæso philosophia sine JESU CHRISTO? Amor stultitiæ est, animæque corruptela, & ut Salomo verissimè scripsit, *vanitas vanitatum.*

Præbeamus itaque bibendum adolescentibus nostris lac sacrarum literarum, sincerum, purum, & salubre. In Ethnicis poëtis, ut plurimùm, multæ sunt nugæ, nihilque sani.

Ante CRISTI adventum in carnem Ecclesia non egebat libris Ethnicis, sed Moses, Psalmi & Prophetæ suffecerunt. Quare itaque hodie nobis non sufficit sacra Scriptura, aucta Apostolicorum librorum additione?

Multi Christiani, qui sub Ethnicis & impiis Imperatoribus vixerunt, quando dixerunt aversanda esse Ethnicorum deorum nomina, persecutione fuerunt pressi, & ut videre est ex Actis Apostolicis, ex epistola ad Hebræos cap. 11. ver. 37. & ex historiis Ecclesiasticis, virgis cæsi, in carceres abducti, catenis adstricti, lapidati, serrâ dissecti, in ignem præcipitati, aut à feris belluis dilaniati & occisi fuerunt.

Poëtastri verò nostri non erubescunt invocare Musas, Palladem, & nos, admonentes ipsos, derident tanquam nasutulos, quasi nostram ipsorum reformidemus umbram.

O præposteros imitatores & simios derisorum illorum à CHRISTO alienorum, ab Ecclesia remotorum, & planè inexcusabilium! Vos utiq; olim potuissetis pacatè vivere inter Gentes, à quibus sancti Apostoli, & plurimi Martyres sine omni commiseratione interfecti fuerunt, quòd nollent invocare Jovem, Palladem, Phœbum, &c. Sed poëtæ nostri, novi illi fabulatores, Homeri simii, & nomine tenus Christiani, se excusare conãtur, dicẽtes, Meliùs se sentire quàm loqui,

εἰδέναι ὅτι εἴδωλα, καὶ οἱ θεοὶ ἐθνικοὶ οὐδέν εἰσιν, ἢ περιφράσει ἐκ παλαιοῦ καὶ οἱ κοσμικοὶ κέχρηνται.

Ἀποκρίνομαι δὲ, δεῖν ἡμᾶς καὶ ἀπὸ παντὸς εἴδους τοῦ κακοῦ ἀπέχεσθαι, α. θεσσ. ε. κ. β. ὁ θεὸς βδελύσσεται πάντα μολυσμὸν τὸν ἔξω καὶ τὸν ἔσω. β. κορ. ζ. α. καὶ θέλει θεραπεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν τῇ ψυχῇ καὶ τῇ γλώσσῃ ἅμα, ὅλως θέλει ἀγαπᾶσθαι ὑφ' ἡμῶν ἐκ πάσης ἰσχύος. οὐ τὴν ψυχὴν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα ἔκτισε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀμφοτέρου δοξάζεσθαι θέλει. ῥωμ. ιβ. ι. ὁ θεὸς ἐπιτάττει ἡμῖν, ἵνα παραστῶμεν τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν.

Ναὶ ἐγὼ τοιούτους τῶν ποιητῶν, οὐ Χριστιανοὺς, ἀλλὰ ἐθνικοὺς διαῤῥήδην ὀνομάζω. τῆς φωνῆς γὰρ ἀκούω, καὶ κατ' αὐτὴν κρίνω [illegible] ἐθνικῶς λελαληκότας ἐθνικοὺς καλῶ. τὰ ἐγκάρδια οὐ βλέπω ἄνθρωπος ὤν, διὸ κατ' αὐτὰ κρίνειν οὐκ ἔστιν ἐμόν.

Ἀλλ' ἵνα μή τις οἴηται, τὰ δὲ παράδοξα ὑπ' ἐμοῦ μόνου γεγεωργημένα καὶ πεπλασμένα, ἄλλων ἂν ἀκούσωμεν.

Ἔῤῥικος ὁ στέφανος εἰς τὴν κατήχησιν ἑλληνιστὶ ὑφ' ἑαυτοῦ μεταφερθεῖσαν διὰ πλειόνων περὶ αὐτῶν προλογίζει. μάλιστα δὲ ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ οὕτωσι προοιμιάζεται.

——————κοινῇ δέ τε πᾶσιν ἀνώχθη
Ὅσσους ἠελίοιο ἐπαυγάζουσιν ὀπωπαί,
Ἦτε μόνη πάλιν νημερτέα μῦθον ἀείδει.
Τίς ποτε μαινόλιδης τοῖσδ' ἄξιος ἰσοφαρίζειν,
Οὐατα ὃς τέρπει, πολυδαίδαλα ψεύδεα βάζων;
Τίς φρένας ὑμετέρας δαίμων ἔχει ἠπεροπεύσας,
Ἄνθρωποι μύθους καὶ ψεύδεα ἀμφαγαπῶντες;
Πῶς δὲ ἀληθείης ψεῦδος πέλει ἥδιον ὑμῖν;
Ἄδειλοι, ὅσσοι σοφίῃ ἐπὶ γαυριόωντες
Ἄτρεκτον ἀγνοιεῖτε [illegible] οὐρανόθεν αὐτὸς ἄγουσαν.
Νῦν ἤδη παύσασθ' ἀνεμώλια ἐκπονέοντες.
Νῦν ἄρξασθε θεοῦ μαθέειν νημέρτεα μῦθον.
Ὄφρ' ἀπὸ πᾶν σκεδάσῃ βλεφάρων σκότος, ἡ δέ γ' ὁδηγῇ
Ὑμέας, ὡς λύχνος λάμπων διὰ νύκτα μέλαιναν,
Καὶ τέλος ἰσοθέους θείη ναετῆρας ὀλύμπου.

Πρὸς τούτοις ἡμῖν ὁμολογεῖ καὶ Αὐγουστῖνος, ὁ παλαιὸς τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος, ἐν βίβλῳ περὶ τῆς ὁμολογήσεως, καθάπερ αὐτὴν ἐπιγράφει κεφαλαίῳ ιε. ὅπου ἀλγεῖ, ἑαυτοῦ νεότητα πεποιηκέναι ἐν τοιοῖσδε κενοῖς καὶ ἀνωφελίμοις πράγμασι. καὶ οὕτως ὁ ἅγιος ἀνὴρ ἐκφωνεῖ ὄφελον (φησὶ) νεανίσκος ὢν ἐσπουδάσθην ἐν βίβλοις εὐχρήστοις! ἔγωγε νεανίσκος ὢν ἀκήκοα ἐν τῇ σχολῇ τοῦ Διὸς βροντῶντος, καὶ ὁμοῦ μοιχεύοντος. κ. λ.

Τῷ δὲ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρι ἐμόψηφός ἐστιν ὁ Ανδρέϊκος β. βίβ. περὶ παιδειῶν, ἔνθα τοὺς ἐθνικοὺς συγγραφεῖς συγκρίνει ταῖς ἐθνικαῖς τῶν γυναικῶν, τῶν ὑπὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἐν τῷ πολέμῳ ᾐχμαλωτισμέναις, περὶ ὧν γαμῆσαι ἔξεστι δευτερον. κα. περιφανῶς δὴ ὁ θεὸς τὸν γάμον σὺν ἐξωτικαῖς ἀπαγορεύει, ἐξοδ. γδ. ις. δευτερονομ. ζ. γ. ἡ γνώμη τοῦ Ανδρέϊκου β. βίβ. ἐστὶ, καὶ τοὺς ἐθνικοὺς συγγραφεῖς οὐχ ἁρμόττειν ταῖς σχολαῖς Χριστιανικαῖς.

Οὐ μὴ

idola, & Ethnicos deos nihil esse, quo prætextu olim & C... ... usi sunt.

Respondeo verò, *Oportere nos etiam ab omni specie mali abstinere*, 1 Thes. 5. 22 DEUS abominatur omnem contaminationem exteriorem & interiorem, 2. Cor. 7. 1. & vult, ut se colamus spiritu & linguâ. Vult, ut se diligamus ex omnibus viribus. Non solam animam, sed etiam corpus creavit, & vult ut utrâq; parte se honoremus, Rom. 12. 1 jubet Deus, ut *sistamus membra nostra hostiam vivam, &c.*

Profectò ego ejusmodi poëtas non Christianos, sed Ethnicos palàm voco. Vocem enim audio, & ex ea judicium fero, eosq; qui gentilium more locuti sunt, Ethnicos appello. Quum sim homo, quæ in corde latent, non video. De iis itaque judicare meum non est.

Sed ne quis opinetur, hæc paradoxa â me solo exarata & conficta, alios audiamus.

Henricus Stephanus in Catechesin Græcè à se versam, fusè de iisdem præfatur. Præsertim verò in Novo Testamento ejusmodi præmittit procemium:

——————Illuxitque omnibus isthæc
Lux Evangelii, quos sol illustrat ab axe.
Hic liber est solus, qui vera oracula pandit.
Quisnam quæso libris his æquaretur Homerus,
Aures qui mulcet, mendacia inania fundens?
Quis vestros animos cacodæmon fascinat eheu
Mortales, quibus arrident mendacia vana?
Qui ve ò nugas has autetulistis inanes?
Vah miseros, inflat quos vana scientia, rectum
Qui nescitis iter, quo flammifera itur ad astra!
Desinite en tandem ventosa requirere verba,
Salvificumque DEI *tantùm perdiscite verbum,*
A vestris oculis tenebras quod discutit omnes,
Quod vos deducit, piceâ ceu nocte lucernâ,
Et tandem statuit rutilo vos axe beatos!

Adhæc nobiscum sentit etiam *Augustinus*, priscus Ecclesiæ Doctor, in libro suo de confessione, prout eum inscribit, capite xv. ubi dolet se florentem ætatem contrivisse in hujusmodi vanis & inutilibus rebus, atque ita sanctus ille vir exclamat: Utinam (inquit) quum juvenis essem, institutus fuissem in libris utilibus! Ego adhuc adolescens audivi in schola Jovem tonantem, & simul adulterantem, &c.

Huic Ecclesiæ lumini assentitur LUDOVICUS VIVES in tractatu de Disciplinis, ubi Ethnicos illos authores comparat cum mulieribus Ethnicis, ab Israëlitis in bello captis & abductis, de quibus legere licet Deut. 21. Manifestè verò DEUS conjugium cum exotica prohibet, Exod. 23. 15. Deut. 7. 3. Sententia *Ludovici Vivis* est, pari ratione Ethnicos illos authores non congruere Scholis Christianis.

 Audivisti

Οὐ μόνον ἤκουσας, ὦ ἀξιάγαστε Θεόφιλε, πολλὰς πίστεις, ἀλλὰ καὶ μαρτύρια τῆς ἁγίας γραφῆς, καὶ μαρτύρια ἀνδρῶν μεγάλων, θεολόγων καὶ φιλοσόφων. τόδε δὴ τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖται πλείονος ἀποδείξεως, ὡς ἐστὶν ἡ παροιμία πολυθρύλλητος,

Εὐώνυμον ἐν δίκῃ τρία ἔπεα διαρκέσει.

Λογίζομαι οὖν, καθὼς ἐκ τῶν πλειστάκις εἰρημένων ὀφθαλμοφανῶς δῆλόν ἐστι, τῶν πιστῶν διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν ἔργον εἶναι, ἵνα εἰς τὴν μετέπειτα τοῖς νεανίσκοις τὴν καινὴν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διαθήκην ἐπιμελῶς ἀναλιθῶνται, γραμματικῶς τὰς λέξεις ἀναλύωσι, καὶ ὡς ἐφεξῆς αὐτοῖς τὰς ῥήσεις ἑρμηνεύωσι, συγκαταβάντες τῇ τῆς ἁπαλῆς ἡλικίας ἀπειρίᾳ.

Ἐγὼ τοίνυν τόδε συνέγραψα λεξικόν, ἵνα οἱ νεανίσκοι καὶ ἀκέραιοι τῷ ὡς πιστεύομαι, τὰ ἱερὰ γράμματα περὶ τοῦδε ὑπό τινων ἠμελημένα καταμάθωσι, καὶ πασῶν λέξεων ἀνάλυσιν γραμματικὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ προκεχειρισμένην, καὶ ἡτοιμασμένην ἐνθάδε εὕρωσιν.

Δεῖ *oportet* cum Accus. Joh.9.4. ἐμὲ δεῖ, me oportet. Act.19.20. δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν, oportet etiam me Romam videre. Act.10.6. τί σε δεῖ ποιεῖν, quid te oporteat facere. Luc.17 v.25 δεῖ αὐτὸν illum oportet. Actor.14.22. δεῖ ἡμᾶς oportet nos. Joh.3.v.7. δεῖ ὑμᾶς oportet vos. Isa. 40.4. ἡνίκα δεῖ, quando oportet. *imperf.* ἔδει oportebat. Matth.18. v.33. oportuisset Heb.9. ver. 26. *præs. infinit.* δεῖν oportere. Luc.18.v.1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, quòd oporteret semper orare. *part. præs.* δέον ἐστὶ necessarium est. Act.26.39. 1 Pet.1.6. εἰ δέον ἐστὶ, si est necesse. Sic Tit.1.11. διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, scil διδάσκειν, docentes quæ non oportet docere. 1 Tim.5.13. λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα, garrientes quæ non oportet. ποιεῖν τὰ δέοντα facere officium suum. *Fut.*1. δεήσει oportebit. *a.*1.*act.* ἐδέησε oportuit.

Δέομαι egeo cum genit. ἐνδεὴς έος ὁ ἡ *egenus, inops.* Act.4.v.44. οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν αὐτοῖς, nullus enim erat egenus inter eos. Divites erant in sua inopia, & tantum ordo potest. Deut.15.4. οὐκ ἔσται ἐν σοὶ ἐνδεής, non est in te egens. ἔνδεια ας ἡ penuria. προσδέομαι *indigeo.* Act. 17.25. προσδεόμενός τινος alicujus rei egens.

Δέομαι *oro, deprecor,* cum genit. Luc.8.28. δέομαί σου, μή με βασανίσῃς, deprecor nè me torqueas. Gal.4.12. ἀδελφοὶ δέομαι ὑμῶν, fratres oro vos. præs. infin. δέεσθαι. Psal.28 v.2. part.præs. δεόμενος orans Actor.10.2. δεόμενος τοῦ Θεοῦ, quum precaretur DEUM. *imperf.* ἐδεόμην ἐδέου ἐδέετο. Luc. 8.38.

8.v.38. & contractè ἐδεῖτο Gen. 25.v.21. *Fut.* δεήσομαι. *præt.pass.* δεδέημαι precatus fui. 1 Reg.8. v.59. ἔστωσαν οἱ λόγοι οὗτοι, οὓς δεδέημαι ἐνώπιον Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν, & sint verba mea ista, quibus deprecatus sum coram Domino Deo nostro. *aorist.1 pass.* ἐδεήθην, ης, η (tanquam à δεέομαι) precatus sum. Luc.22.32. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, sed ego deprecatus sum pro te. Luc.5.12. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἐδεήθη αὐτοῦ, procidens in faciem precatus est eum. Act. 8.v.22. δεήθητι τοῦ Θεοῦ, precare Deum. δεήθητι est aor.1.pass.imperat.in 2.pl. δεήθητε precamini. Matth.9.v.38. δεήθητε τοῦ Κυρίου, orate Dominum. Act.8.24. δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, deprecamini vos pro me apud Dominum. *part.a.1.pass.* δεηθεὶς έντος ὁ Act.4.31. καὶ δεηθέντων αὐτῶν, ἐσαλεύθη ὁ τόπος, quum autem precati essent, concussus est locus. *fut.1.pass.* δεηθήσομαι precabor Job.5.8. 1 Reg. 8.33. δεηθήσονται ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ, deprecabuntur in hac domo. δέησις, εως ἡ *deprecatio.* Jacob.5. v.16. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου, multum valet deprecatio justi. Differunt δέησις, προσευχὴ, ἔντευξις. 1 Tim.2. v.1. δέησις est propriè petitio **bitt**, quâ petimus ὧν δεῖ ἡμῖν, ἤτοι ὧν δεήσει ἡμῖν quibus nobis aut aliis opus est vel opus erit. *deprecatio malorum.* προσευχὴ verò, precatio, **gebett**, est votum ad Deum directum, quo aliquid optamus: seu *petitio bonorum.* ἔντευξις εως ἡ est interpellatio pro aliorum salute, **fürbitt.**

Δέρω propriè excorio, pellem detraho. Virg. Tergora diripiunt costis. item *cædo, verbero.* Joh.18. 23. τί με δέρεις; quid me cædis? 2 Cor.11.20. εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει, si quis vos in faciem cædit. 1 Cor.9. v.26. ἀέρα δέρων, aërem verberans. Luc.22. v.63. ἐνέπαιζον αὐτῷ δέροντες (part. præs. act.) illudebant ei, verberantes eum. *F.* δερῶ. *a.1.act.* ἔδειρα cecidi, vitiosè scribitur cæcidi. Marc.12.3. αὐτὸν ἔδειραν (3.pl. a.1. act. indic.) illum ceciderunt. Act.16.37. δείραντες (part. a.1. act.) ἡμᾶς δημοσίᾳ, qui publicè nos cecidistis, scil. virgis. *a.2.act.* ἔδαρον. *aor.2.pass.* ἐδάρην, cæsus fui. *fut.2.pass.* δαρήσομαι cædar. Luc.12.48. δαρήσεται ὀλίγας, cædetur paucis, scil. plagis. Notetur hîc singularis Hellenismi elegantia, δαρήσεται ὀλίγας pro ὀλίγαις scilicet πληγαῖς. Sic Demosth. in Mid. ἐλέγξω δὲ πρότερον ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς ἠδίκησθε (2.pl. præt.pass. indic.) hoc est, demonstrabo verò primò, quantis ego affectus sim contumeliis, deinde quantas vos passi sitis injurias. Hîc bis ὅσα pro ὅσοις, Accusativus pro Dativo ponitur. Sic Plutarch. in Pericle δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι, videtur gravi contumeliâ Græcia affici: δεινὴν ὕβριν pro δεινῇ ὕβρει. Et nè longè abeamus. Matth.20.22. δύνασθε βάπτισμα ὃ (accusat. casus) ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι; Hîc βάπτισμα ponitur pro βαπτίσματι, & ὃ pro ᾧ, per eundem Hellenismum. Sic 1 Cor.3.2. γάλα (pro γάλακτι) ὑμᾶς ἐπότισα

lacte vos alui. Sic. Gen. 30.v.26. γινώσκεις τὴν δουλείαν, ἣν δεδούλευκά σοι. ἣν pro ἣ est idem Hellenismus. Sed de hisce in Græca Syntaxi uberiùs. δέρμα τος τὸ idem quod δέρας αῖος τὸ, vel δορὰ ᾶς ἡ *pellis*. Heb.11.v.37. περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, oberrârunt ovillis & caprinis pellibus induti. δερμάτινος η ον *coriaceus a um* Mat. 3.4. εἶχε ζώνην δερματίνην, habebat zonam coriaceam.

Δεσπόζω (q. δέος ὀπάζω metum injicio. *dominor*, dominium obtineo. cum genitivo. Psal.22. v. 29. ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν, quoniam DOMINI est regnum ipsum, & ille dominium exercet in gentes. Psalm. 103. 19. ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει. **Gott ist HERR im land.** F. δεσπόσω. *Præt. act.* δεδέσποκα. *Præt. pass.* δεδέσπομαι σαι ται. à δεδέσποται derivatur δεσπότης ου ὁ *herus*, 1 Pet.2. ver.18. *dominus*. Tit. 2. v. 9. δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, servos (scilicet hortare) ut suis ipsorum dominis sese subjiciant. Tribuitur Deo Luc. 2 29. ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου Δέσποτα, (Vocativi casus) nunc dimittis servum tuum DOMINE. Act. 4. v. 24. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, DOMINE, tu es Deus ille, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in iis sunt. Judæ 4. solus DEUS dicitur Δεσπότης, DOMINUS, sicut & Matth. 23. v. 9. solus Deus dicitur Πατὴρ Pater, Καθηγητὴς Doctor, quibus suis nominibus, Deus eos quos nobis præfecit, honorat, tā præfectos admonens de augustissima vocatione, quàm nos de obsequio & officiis illis præstandis. Nomina hæc sunt officiorum, non naturæ. ἀδέσποτος ου ὁ ἡ autore carens. οἰκοδεσπότης ου ὁ *paterfamilias*. Matth. 20. 11. ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, obstrepebant patrifamilias. Luc. 22.11. per pleonasmum additur οἰκίας. οἰκοδέσποινα ης ἡ materfamilias. οἰκοδεσποτέω ῶ *domum administro*, 1 Tim.5.14.

Δεῦρο Adv. hortantis & accersentis *huc*, scil. veni, *adesdum*. Luc. 18.22. δεῦρο, ἀκολούθει μοι, adesdum, sequere me. Sæpe *absolutè* ponitur sine verbo tanquam verbum. Joh. 11.v.43. Λάζαρε δεῦρο ἔξω, Lazare prodi, seu veni foras: ubi idem valet quod ἔξελθε. Act.7.3. δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, veni in terram, quamcunque ostendero tibi: ubi δεῦρο idem valet quod βάδιζον vel πορεύθητι Rom. 1. 13. ad *tempus* transfertur. ἄχρι τοῦ δεῦρο *hucusque*. 2 Reg. 10. v. 16. δεῦρο μετ' ἐμοῦ, veni mecum. δεῦτε *huc agite, adeste, venite*. Matth. 4.19. δεῦτε ὀπίσω μου, venite post me. Hebraism. hoc est. sequimini me. Matth. 11. v. 28. δεῦτε πρός με, venite ad me. Matth. 22.4. δεῦτε εἰς τοὺς γάμους, venite ad nuptias. Aliquando intercedēte *copulâ*, ut Psal. 66. 5. δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, venite & videte opera DOMINI. Aliquando *sine copula*, Joh.4.29. δεῦτε, ἴδετε, venite, videte.

Δεύτερος α ον (q.d. δεύτερος ex δύο duo. Etymol. à δεύω τὸ λείπω) *secundus a um.* Mat.22.26. ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, similiter & secundus & tertius. 1 Cor. 15. 47. ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, secundus homo DOMINUS è cœlo: qui ipse etiam ibidem. v.45. vocatur ὁ ἔσχατος posterior. Matt. 22.39. δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ. δευτέρα subaudi ἐντολή, secundum mandatum simile (non æquale) est huic. 2 Cor. 1. 15. ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε, ut secundam (h. e. *copiosiorem*) gratiam haberetis. Apoc.21. 8. ὁ δεύτερος θάνατος, secunda mors.

Δεύτερον Adverbialiter *iterum, secundò, secundâ vice.* Joh. 3.v.4. εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς δεύτερον εἰσελθεῖν, in uterum matris secundò introire. *deinde* 1 Cor. 12. 28. ὁ Θεὸς ἔθετο πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, Deus constituit primò apostolos, deinde prophetas. *Redundat,* Joh.21. 16. λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, dicit ei rursum secundò. δευτέρως *idem* Nehem. 13. 21. ἐκ δευτέρου *secundâ vice.* Johan.9. v.24. ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον, secundò ergo vocârunt hominem illum, scil. qui cæcus fuerat. Act. 11. 9. ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου, respondit mihi vox secundò. τὸ δεύτερον elegantissimè *idem,* sicut etiam dicitur τὸ κατ' ἀρχὰς, in ipso principio, τὸ καθ' ἡμέραν quotidie. Luc. 11. v. 3. Judæ. 5. τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσε, rursus eos, qui non crediderant, perdidit. Vide ὁ ὕστερος, δευτεραῖος αία αῖον secundarius a um, seu secundo die aliquid faciens. Act. 28. 13. δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, secundo die venimus Puteolos. δευτερόω ῶ itero. Gen. 41.32. F. ώσω. aor. 1. ἐδευτέρωσα. P. δεδευτέρωκα. δευτερεύω sum secundus, secundum locum obtineo. 1. Chr. 16.v.5.

Δέχομαι *capio, accipio, recipio, excipio, suscipio.* Mat 10. 40. ὁ δεχόμενος (*part. præs. med.*) ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται, qui vos recipit, me recipit. 1 Cor. 2. 14. ψυχικὸς ὁ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ animalis homo non capit (h.e. *intelligit*) ea quæ sunt Spiritus Dei. Luc.8. 13. μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον, cum gaudio *excipiunt* sermonem. Luc.10. 10. καὶ μὴ δέχωνται (3. plur. præs. med. subj.) ὑμᾶς, & vos non exceperint. δέχωνται pro δέξωνται (3.pl a. 1. med.subj.) est Enallage temporis. *F.* δέξομαι. Psal. 50. v. 10. οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, non accipiam è domo tua vitulos. *aor.* 1. *med.* ἐδεξάμην αἶο. Luc. 2. 28. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ, & ipse excepit eum, scilicet puerulum. Act.28.21. οὔτε γράμματα περὶ σοῦ ἐδεξάμεθα, neque literas de te accepimus. Gal. 4. 14. ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ (2. pl.a.1.med.) με, ut angelum Dei excepistis me. Act. 21. 17. ἀσμένως ἐδέξαντο (3.pl.a. 1.med. ind.) ἡμᾶς, libenter exceperunt nos. *aorist.* 1. *med. imperat.* δέξαι [illegible]. Luc.16. 6. δέξαι σου τὸ γράμμα accipe tabulas tuas. Act. 7. v.59. δέξαι τὸ πνεῦμά μου, *suscipe* spiritum meum. Jacob. 1. 21. δέξασθε (2.pl.a. med. imperat τὸν

φοῦτον λόγον, excipite insititium illum sermonem. a. 1. med. subj. δέξωμαι ῃ ηται. Matth. 18. 5. ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον, quisquis exceperit puerulum. Marc. 6 v. 11. ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται (3. pl. aor. 1. med. subj.) ὑμᾶς, quicunque non exceperint vos. *a. 1. med. infinit.* δέξασθαι capere. Act. 3. 21. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, quē oportet quidem ut cœlum capiat, Matth. 11. 14. εἰ θέλετε δέξασθαι, si vultis eum recipere. *part. a. 1. med.* δεξάμενος η ον Luc. 9. 11. *præt. pass.* δέδεγμαι ξαι κται recepi. Act. 8. 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, quòd Samaria receperit sermonem Dei. *a. 1 pass.* ἐδέχθην ης η *fut. 1. pass.* δεχθήσομαι ῃ εται. Levit. 7. 8. οὐ δεχθήσεται non accipietur, hoc est, non erit acceptum. part. præt. pass. δεδεγμένος η ον. A δέδεκται derivatur δεκτὸς ἡ ὸν *acceptus a um.* Luc. 4. 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν τοῦ Κυρίου δεκτὸν, ut prædicem annum DOMINI acceptum. Luc. 4. 24. οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, nullus propheta acceptus est in patria sua. Actor. 10. v. 35. ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι, sed in quavis gente acceptum ei esse quemvis, qui timeat ipsum, & operam det justitiæ. 2 Cor. 6. v. 2. καιρῷ δεκτῷ tempore accepto. Philip. 4. v. 18. θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, hostiam Deo acceptam & valde placentem. δοχὴ ῆς ἡ *epulum* Luc. 14. v. 13. ὅταν ποιῇς δοχὴν, κάλει πτωχοὺς, quum facis epulum, voca pauperes. δοχὴ deri-vatur à præt. med. inusitato δέδοχα excepi. à Th. δέχομαι. ἀναδέχομαι *excipio.* Fut. ἀναδέξομαι. *a. 1. med.* ἀνεδεξάμην ω ατο. Act. 28. 7. ὃς ἀναδεξάμενος (part. a. 1. med.) ἡμᾶς, φιλοφρόνως ἐξένισε, qui nos exceptos peramicè hospitio excepit. ἀποδέχομαι, *excipio, agnosco.* Act. 24. 3. πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, prorsus & ubique agnoscimus. *Fut.* ἀποδέξομαι. ao. 1 med. ἀπεδεξάμην ω ατο Luc. 8. 40. ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος, excepit eū turba. Actor. 18. v. 27. ἀποδέξασθαι a. 1. med. infin.) αὐτὸν, ut reciperent eum. Act. 2. v. 41. ἀποδεξάμενοι (part. a. 2. med.) τὸν λόγον αὐτοῦ, receperunt sermonem ejus. *præt. pass.* ἀποδέδεγμαι ξαι κται. a. 1. pass. ἀπεδέχθην ης η. Act. 15. 4. ἀπεδέχθησαν (3. pl. a. 1. pass.) ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, excepti sunt ab Ecclesia. ἀποδεκτὸς οῦ ὁ ἡ, καὶ ἀποδεκτὸν τὸ acceptus a um. 1 Tim. 5. v. 4. ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, acceptum in conspectu Dei. ἀποδοχὴ ῆς ἡ acceptatio, approbatio. 1 Tim. 1. v. 15. πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, certus est hic sermo, & omnibus modis dignus qui recipiatur. διαδέχομαι propriè *accipio per alium* vel per alios. Vertitur *excipio, succedo.* 1 Chron. 26. 18. *per successionem accipio.* Actor. 7. v. 45. διαδεξάμενοι (part. a. 1. med.) quum per successionē accepissent. διάδοχος ὁ *successor.* Act. 24. v. 27. ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ, accepit successorem Felix. διαδοχὴ ῆς ἡ *successio.* εἰσδέχομαι introadmitto. Fut. εἰσδέξομαι ῃ εται. 2 Cor. 6. v. 17.

ἐκδέχομαι excipio, *expecto.* 1. Cor. 11. v. 33. ἀλλήλους ἐκδέχεσθε (2.plur.præs. med.imperat) alii alios expectate. *imperfect. med.* ἐξεδεχόμην ε ετο. Heb. 11. 10. ἐξεδέχετο expectabat. ἐκδοχὴ ῆς ἡ *expectatio.* Heb. 10.ver.27. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, sed horrenda quædam expectatio judicii. ἀπεκδέχομαι *expecto,* Rom. 8.19. τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται, revelationem filiorum Dei expectat. Philip. 3.20. ἐξ οὗ (οὐρανοῦ) καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα, ex quo cœlo Servatorem expectamus. ἐνδέχομαι admitto, recipio. ἐνδέχεται *fieri potest, contingit,* Luc. 13. 33. ὅτι οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ, quia fieri nequit, (seu hodie non contingit) ut propheta pereat extra Hierosolymam. ἀνένδεκτον ου τὸ quod fieri nequit, impossible, idem quod ἀδύνατον. Luc. 17. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται, contingere non potest ut non eveniant scandala, væ autem ei per quem eveniunt. ἐπιδέχομαι *admitto* 3 Joh. v. 9. οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς, non admittit nos. *excipio* Actor. 28.30. καὶ ἀπεδέχετο (3.sing. imperf.med.) πάντας, & excipiebat omnes, hoc est, omnibus se familiarem & facilem præbebat. παραδέχομαι *recipio.* Heb. 12. v.6. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται, flagellat autem quemcunque filium agnoscit vel recipit. *excipio* Marc.4. 20. παραδέχονται (3.pl. præs. med. indic.) scilicet τὸν λόγον, excipiunt sermonem. *accipio* 1 Tim.5.ver.19. κατηγορίαν μὴ παραδέχου, accusationem ne accip. *suscipio.* Actor.16.21. ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι (præs. med. infinit.) quos ritus nobis non licet suscipere. *Fut.* παραδέξομαι Act.22. v. 18. διότι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ, non recipient testimonium tuum de me. προσδέχομαι *recipio, expecto.* Luc. 15.v.2. οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, iste peccatores recipit. Act. 24. ver. 15. ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται, quam etiam ii ipsi expectant. Philip.2. v. 29. προσδέχεσθε (2.pl.præs. imperat. med.) οὖν αὐτὸν, excipite igitur eum. Luc. 2.25. προσδεχόμενος (part.præs. med.) παράκλησιν τοῦ Ἰσραήλ, expectans consolationem Israelis. *imperf. med.* προσεδεχόμην ου ετο. Luc. 23. v. 51. ὃς καὶ αὐτὸς προσεδέχετο (3.sing.imperf. med.) αὐτὸς, qui & ipse expectabat regnum Dei. F. προσδέξομαι. a. 1. *med.* προσεδεξάμην ω ατο. Heb. 10. v. 34. μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε (2.pl.aor. 1. med. indic.) cum gaudio *accepistis.* Rom. 16. v. 2. ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε (2. pl. aor.1.med.subj.) ut eam accipiatis. Heb. 11. 35. οὐ προσδεχόμενοι (part.præs. med.) τὴν ἀπολύτρωσιν, non acceptâ liberatione. εὐπρόσδεκτος ου ὁ ἡ *acceptus.* Rom. 15.16. προσφορὰ εὐπρόσδεκτος, oblatio accepta. 1 Pet. 2. v. 5. εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, acceptos Deo per JESUM CHRISTUM. ὑποδέχομαι *excipio.* Fut. ὑποδέξομαι. aor. 1. *med.* ὑπεδεξάμην ω ατο. Luc. 10. 38. ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, excepit eum in

domum

domum suam. Luc.19.v.6. ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων, excepit eum gaudens. Jacob.2.25. ὑποδεξαμένη (part.aor.1. med. g.f.) τοὺς ἀγγέλους, quum excepisset tecto nuntios. præt. perf. pass. ὑποδέδεγμαι ξαι κται. Actor.17.7. οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων, quos excepit Jason. ξενοδοχέω ῶ hospitalis sum. 1 Tim.5.10. εἰ ἐξενοδόχησεν (3.sing. a. 1. act. subj.) si hospitalis fuit, hoc est, si peregrinos tecto suo excepit. πανδοχεῖον ου τὸ, diversorium, Luc.10.34. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον, duxit eum in diversorium. πανδοχεὺς έως ὁ hospes publicus, Luc.10.35. πανδέκται ὧν οἱ scil. τίτλοι pandectæ, hoc est, tituli, seu libri omnia summatim complectentes, quæ quis in eo scientiæ genere desiderare possit.

Δέω, vide pag.191.

Δὴ sanè, profectò, equidem, in prosa semper postponitur. 2 Cor. 12.1. καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι, gloriari sanè non convenit mihi. idem quod δηλαδὴ videl. Matth. 13.23. ὃς δὴ καρποφορεῖ, qui videl. fructum fert. quæso Luc.2. v.15. διέλθωμεν δὴ εἰς Βηθλεὲμ, eamus quæso Bethlehemum. Age Act.15. 36. ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς, age reversi invisamus fratres. Redundat. Act. 13.2. ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸ Σαῦλον, separate mihi Barnabam & Saulum. proinde, igitur 1 Cor.6.20. δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, glorificate igitur Deum in corpore vestro. δήπου utique. Heb.2.16. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, non enim utique angelos assumpsit. δήποτε post articulum postpositivum ληκτικὸν redditur per terminationem cunque. Joh.5.4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι, quocunq; detineretur (seu conflictaretur) morbo. ἐπειδὴ, quoniam, postquam. Luc.13.46.

Δῆλος η ον manifestus a um (ab Arab. דל monstrare.) Matth.26. v.73. ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ, sermo tuus te prodit. ad verbum, loquela tua te manifestum facit. adagium καὶ τυφλῷ δῆλον, etiam cæco perspicuum. In neutro genere δῆλον sæpe legitur, ut 1 Cor.15. ver.27. & vertitur manifestum est, patet, liquet. Gal.3.11. ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ δῆλον· nullum autem per legem justificari apud Deum manifestum est. δηλόω ῶ manifesto, declaro. Hebr.12 v.26. δηλοῖ (3.sing. præs. indic. contractè pro δηλόει, ad formam τοῦ χρυσόει) τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, declarat rerum instabilium amotionem. Hebr.9.8. τοῦτο δηλοῦντος (pro δηλόοντος part. præs.act. genitivi sing.) τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, hoc declarante seu docente Spiritu sancto. imperf. act. ἐδήλουν ουν 1 Pet.1.11. ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου (3.sing. imperf. act. contractè pro ἐδήλοε) scrutantes, in quod aut quale tempus declararet. F. δηλώσω. 1 Cor.3.13. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, dies enim declarabit, revelabit. aor.1.act. ἐδήλωσα ας ε 2 Pet.1. v.14. Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι, JESUS CHRISTus patefecit mihi. Coloss.1. v.8. ὁ καὶ δηλώσας (part. aor.1. act.) ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην, qui & declaravit

ravit (nobis narravit) vestram charitatem. præt.act. δεδήλωκα. *Præs pass.* δεδήλωμαι. 2 Mach.2. v.24. τὰ δεδηλωμένα manifesta. *a.1.pass.* ἐδηλώθην ης η. 1 Cor.1. v.11. ἐδηλώθη (3.sing a.1. pass. indic.) γάρ μοι περὶ ὑμῶν, declaratum (renuntiatum) est enim mihi de vobis. ἄδηλος ὁ ἡ, propriè *non manifestus, occultus.* item *non apparens.* Luc. 11.44. ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, quia estis ut monimenta (sepulcra) quæ non apparent. *incertus* 1 Cor.14 v.8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, si incertum sonum tuba dederit. ἀδήλως adv. propriè *obscurè*, non manifestè. item *in incertum* 1 Cor.9.26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως, ego igitur ita curro, ut non in incertum. ἀδηλότης ητος ἡ *incertitudo* 1 Tim.6.17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, neque spem ponere in divitiis incertis. Hypallage Hebraica. ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδηλότητος, & hoc pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ. ἔκδηλος ὁ ἡ *evidens.* 2 Tim.3. 9 ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, amentia eorum evidens erit omnibus. κατάδηλος ὁ ἡ *valde manifestus.* apertus, clarus, perspicuus. Heb 7.15. περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστι, etiam ampliùs valde clarum est. πρόδηλος ὁ ἡ antè manifestus. 1 Tim. 5. 24 τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, quorundam hominum peccata antè manifesta sunt. Hebr 7.14. πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος, *palam* enim est, ex Juda ortum esse DOMINUM.

Δῆμος δήμου ὁ, *populus*, pleb[s] (Etym à δέω. Est enim popul[us] συνδεδεμένος νόμοις, legibus de[vinctus.]) Act.12.22. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, populus verò acclama[bat.] *turba*, ὄχλος ου ὁ Act.17.[5] ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον adducer[e] ad turbam. Actor.19.29. βου[λο]μένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, Pa[u]lo volente prodire ad turbam. δημόσιος α ον *publicus*, q.d. p[o]pulicus. Act.5.v.18. καὶ ἔθεντο α[ὐ]τοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ, & posu[e]runt eos in custodia publica. δη[]μοσίᾳ *publicè*, subintelligitur χώ[]ρᾳ, q.d. in publico loco. Act.1[6.] v.37. δείραντες ἡμᾶς δημοσί[ᾳ] qui cecidistis nos publicè. δημ[ο]σίᾳ *publicè*, & κατ' οἴκους *dom[a]tim*, opponuntur. Act.20.20. [] ei opponitur ἰδίᾳ, seu κατ' ἰδί[αν] *privatim*, Marc.4. v.34. ἀπόδη[]μος ου ὁ ἡ *peregre agens*, prop[] qui abest à suo populo, à su[is] popularibus. Marc.13. v.34. [ὡς] ἄνθρωπος ἀπόδημος, tanqu[am] homo peregre agens. ἀποδημ[έ]ω *peregre proficiscor.* Matth.2[5.] v.14. ὥσπερ ἄνθρωπος ἀποδημ[ῶν] (part.præs act.) ut (aliquis) hom[o] peregre proficiscens. *Fut.* ἀπο[]δημήσω. *a.1.act.* ἀπεδήμησα [] Luc.15.13. ἀπεδήμησεν εἰς χώ[ραν] μακράν, & peregrè profectus [est] in regionem longinquam. Luc.[20.] 9. καὶ ἀπεδήμησε (3.sing.a.1.a[ct.] indic.) χρόνους ἱκανούς, & pere[gre] abfuit multum temporis. *Pr[æt.] act.* ἀποδεδήμηκα. ἐνδημέω [in]*cola sum* (ab adj. ἔνδημος [] qui in populo seu inter popula[res] suos manet, qui non it peregr[e]) 2 Cor.5.9. *præsens sum.* 2 Cor.[5.] ἐνδημοῦντες τῷ σώματι, d[um] adsum[us]

adsumus in corpore. *Fut.* ήσω. P. ἐνδεδήμηκα. aor.1.act. ἐνεδήμησα, 2 Cor.5.8. ἐνδημῆσαι (a.1. act. infinit.) πρὸς τὸν Κύριον, adesse apud DOMINUM. ἐπίδημος ὁ ἡ, & ἐπιδήμιος ὁ ἡ *versans in populo.* Differunt nonnihil ἐνδήμιος & ἐπιδήμιος. v. gr. pestis quæ passim grassatur vocatur νόσος ἐπιδήμιος sed νόσος ἐνδήμιος est morbus populo alicui peculiaris. Sic se habebat *lepra* Judæorum, & hâc ætate *scelotyrbe*, quam Scorbutum vocant, quibusdam Oceani accolis est infesta. ἐπιδημέω ῶ, *advena sum* Act.2.v.10. οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, advenæ Romani. παρεπίδημος ὁ ἡ, *advena, hospes.* Heb.11.v.13. ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, professi hospites & advenas se esse in terra. 1 Pet.1.1. ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις, electis advenis. ἔκδημος ὁ ἡ qui vel quæ peregre abest: propriè extra populi sui fines degens, qui abest à popularibus suis, à populo suo remotus. ἐκδημέω ῶ, *peregre absum.* 2 Cor.5.v.6. ἐκδημοῦμεν ἀπὸ Κυρίου, absumus à DOMINO. συνέκδημος ὁ ἡ, *socius peregrinationis.* Act.19.v.28. ubi Γάϊος & Ἀρίσταρχος dicuntur Apostoli Pauli συνέκδημοι, h.e. socii peregrinationis.

Διὰ præpositio cum Genitivo, *per.* Notat *causam procreantem.* Johan.1.v.3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, omnia perr hunc facta sunt. Joh.3.17. ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ, ut servetur mundus per eum. 1 Cor.12 8. διὰ (pro ὑπὸ) τοῦ Πνεύματος δίδοται, à Spiritu datur. 1 Cor.1.9. πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε, fidelis est Deus, à quo vocati estis. Rom.1.5. δι' οὗ à quo Rom.8.v.11. ζωοποιήσει τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν, vivificabit mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ipsius in vobis. *Causam conservantem.* Rom.11.v.35. ἐξ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. ex (h.e.ab) eo, per eum, & in (h. e. propter) eum sunt omnia: ubi ἐξ causam procreantem, διὰ conservantem, & εἰς causam indicat finalem. *Causam instrumentalem,* Luc.1.v.70. ἐλάλησε διὰ στόματος ἁγίων, locutus est (Deus) per os sanctorum. Actor.14.v.3. τέρατα γίνεσθαι διὰ τῶν χειρῶν, h.e. δι' αὐτῶν, ut miracula ederentur per eos. Hebraismus. Vide infrà χείρ. 3 Joh.5.13. διὰ μέλανος καὶ καλάμου, atramento & calamo. *Causam finalem,* & vertitur ad εἰς, Rom.6.4. ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς, pro πρὸς τὴν δόξαν, excitatus est CHRISTUS ex mortuis ad gloriam PATRIS 2 Pet. 1.v.3. τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, qui vocavit nos ad gloriam & virtutem. δι' ὧν *propterea quod* 2 Pet. 1.v.4. δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν δεδώρηται, eò quòd maxima nobis donaverit. *quamobrem* 2 Pet.3.v.6. δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο, quamobrem, qui tum erat mundus, aquâ inundatus periit. *Subjectum* Actor.3.v.16. ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ (pro εἰς αὐτὸν) fides in eum, nempe, JESUM. Subj. *locum* Matth.2.12. δι' ἄλ-

λης ὁδῦ ἀνεχώρησαν, per aliam viam reversi sunt. Rom. 15. v. 28. ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν εἰς Σπανίαν, abibo per vestram regionem in Hispaniam. Sic 2 Cor. 1. 16. δι᾽ ὑμῶν per vos. *Adjuncta*, & vertitur *cum* 1 Cor. 16. v. 3. δι᾽ ἐπιστολῶν τούτους πέμψω, cum epistolis hos mittam. *in*, Rom. 14. v. 14. οὐδὲν κοινὸν δι᾽ ἑαυτοῦ, nihil est impurum in se. Rom. 14. 20. τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι, qui edit cum offendiculo. Adj. *tempus*. Luc. 5. 5. δι᾽ ὅλης τῆς νυκτὸς, per totam noctem. Heb. 2. v. 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν (Hellenismus) per omnem vitam. Act. 23. v. 31. διὰ τῆς νυκτὸς, de nocte, seu per noctem, **in der nacht**. *Tractum temporis*, & vertitur *post*. Marc. 2. 1. δι᾽ ἡμερῶν, post aliquot dies, vel interjectis aliquot diebus. Galat. 2. 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν, interjectis annis quatuordecim. Matth. 26. 61. δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτὸν, possum destruere templum Dei, & spatio tridui illud ædificare. Act. 14. v. 17. δι᾽ ἐτῶν δὲ πλειόνων; pluribus autem annis interjectis. Rom. 11. ver. 10, διὰ παντὸς, scil. χρόνου semper. Adj. *signum* Act. 8. v. 18. διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν δίδοται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, per impositionem manuum datur Spiritus sanctus. Adj. *modum*. Heb. 13. 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα, paucis scripsi. Rom. 14. 20. κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι, malum est homini qui *cum* offendiculo edit. *Simile*, & idem valet quod ἐν *in*. 1 Cor. 13. 12. βλέπομεν ἄρτι δι᾽ ἐσόπτρου (pro ἐν ἐσόπτρῳ) videmus jam in speculo, h. e. imperfectè cognoscimus. cum accusativo *propter*. & ut plurimùm *finem* notat. Marc. 2. v. 27. τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, sabbatum propter hominem factum est. 1 Cor. 9. 23. τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον, hoc verò facio propter Evangelium. Matth. 15. 3. διὰ τί; propter quid? h. e. quare? Rom. 4. v. 25. ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν, excitatus est ad justificationem nostri, nempe, testificandam. Aliquando *causam effic*. Roman. 8. v. 10. δι᾽ ἁμαρτίαν, propter peccatum. Matth. 12. v. 31. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, propterea dico vobis. *Causam impell*. & vertitur *per*, Luc. 1. ver. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, per intimam misericordiam Dei nostri. *Aliter* tamen *accipitur* Johan. 6. 57. ζῶ διὰ τὸν Πατέρα (pro διὰ τοῦ Πατρὸς) vivo per PATREM Apoc. 12. 11. ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ Ἀρνίου, vicerunt eum (Satanam) per sanguinem Agni. διὰ τὸ αἷμα, pro διὰ τοῦ αἵματος. Atticismus. Sic Gal. 4. 13. δι᾽ ἀσθένειαν, pro δι᾽ ἀσθενείας, per infirmitatem. *Formam*. Rom. 3. v. 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, (pro διὰ τῆς παρέσεως) per remissionem antè commissorum peccatorum. *adjunct. modum*. Ephes. 4. v. 18. δι᾽ ἄγνοιαν, per ignorantiam. Galat. 3. v. 14. δι᾽ ἀσθένειαν, per infirmitatem. *Ex*, Matth. 27. v. 18. διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν, ex invidia tradidissent eum. *pro respectu*,

ſtu, *ratione*, Heb. 5. v. 12. διὰ τὸν χρόνον, pro temporis ratione. *Quod attinet*, Roman. 8. 10. σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, corpus mortuum eſt, quod ad peccatum attinet, ſeu ratione peccati. ibidem. τὸ δὲ Πνεῦμα ζωὴ, διὰ δικαιοσύνην, Spiritus autem vita eſt, h. e. quod attinet ad juſtitiam, ſeu ratione juſtitiæ. Elegans eſt Helleniſmus, ubi διὰ cum *infinitivo* tanquam cum nomine cõſtruitur. Johan. 2. 24. διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας, eò quòd ipſe cognoſceret omnes. Act. 28. 18. διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοὶ, quòd nulla in me ſit cauſa mortis. Marci 4. v. 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, quod non haberet radicem. Philip. 1. v. 7. διὰ τὸ ἔχειν με ἐν καρδίᾳ ὑμᾶς, eò quòd animo vos teneam. Luc. 19. 11. διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι, eò quòd eſſet prope, &c. Actor. 4. 2. διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαόν. Actor. 18. 2. διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον, eò quòd edixiſſet Claudius. 2 Cor. 2. 12. τῷ μὴ εὑρεῖν, pro διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν με, eò quòd non inveniſſem. Actor. 12. v. 20. διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν χώραν, eò quòd aleretur eorum regio. Heb. 7. v. 24. διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα, quia in æternum manet. Jacob. 4. v. 2. οὐκ ἔχετε, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, nihil obtinetis, quia non petitis.

Διδάσκω, *doceo* (Etym. à δάω ſcio. F. δαίσω, unde δαίσκω. Sicut à μεθύω μεθύσω eſt μεθύσκω inebrio, & à τρώω τρώσω eſt τρώσκω, τιτρώσκω vulnero) regit accuſativum. 1 Corinth. 4. ver. 17. καθὼς διδάσκω, ſicut doceo, ubi ſine caſu ponitur Rom. 2. v. 21. ὁ οὖν διδάσκων (part. præſ. activ.) ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; qui doces alium, teipſum non doces? h. e. non vivis ſecundùm doctrinam. 1 Corin. 11. 14. αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ipſa natura vos docet. 1 Tim. 6. 2. ταῦτα δίδασκε (2. ſing. præſ. imperat.) hæc doce. 1 Joh. 2. v. 27. οὐ χρείαν ἔχετε ἵνα τις διδάσκῃ (3. ſing. præſ. ſubj.) ὑμᾶς, nec neceſſe habetis ut quiſquã doceat vos. confer Heb. 8. 11. ſcil. tanto labore, quanto opus fuit in V T, 1 Tim. 2. 12. γυναικὶ διδάσκειν (præſ. infinit.) οὐκ ἐπιτρέπω, mulieri docére non permitto. Matth. 11. 1. μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν, ſcil. ἕνεκα, digreſſus eſt illinc ut doceret. *imperf.* ἐδίδασκον ες ε, Mar. 10. ver. 1. πάλιν ἐδίδασκεν αὐτοὺς, rurſum docebat eos. Et periphraſi Hebraicâ Matth. 7. v. 29. ἦν διδάσκων αὐτοὺς, erat docens, h. e. docebat eos. Actor. 5. 21. καὶ ἐδίδασκον (3. pl. imperf. act.) & docebant. *Fut.* διδάξω, Luc. 12. v. 12. Joh. 14. v. 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, ille (Spiritus S.) vos docebit omnia, h. e. internè vos illuminabit. ubi obſerva Syntaxin, nempe, verbum hoc quandoque regere geminum accuſativum. *a. 1. act.* ἐδίδαξα ας ε, Joh. 18. 20. ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ, ego ſemper docui in Synogoga. Luc. 13. 26. καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας, & in plateis noſtris docuiſti. Joh. 8. v. 28. καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ Πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ, prout docuit me Pater, hæc loquor. Marc. 6.

v. 30.

v. 30. ὅσα ἐδίδαξαν (3.pl.a.1. act. indic.) quæ docuerant. Luc. 11. 1. Κύριε δίδαξον (aor. 1. act. imperat.) ἡμᾶς προσεύχεσθαι, Domine, doce nos orare. Mat. 5. 19. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ (3. sing. a. 1. act subj.) quisquis autem fecerit & docuerit. Heb. 8. v. 11. καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν (3.pl.a.1.act.subj.) & non docuerint, h.e dona Spiritûs S. in N. T. largiùs communicabuntur, quàm in V. Test. confer 1 Joh. 2. 27. Act. 11. 26. διδάξαι (a.1. act infin.) ὄχλον. docere turbam. præt. act. δεδίδαχα. præt. pass. δεδίδαγμαι Cant. 3. 8. δεδιδαγμένος πόλεμον rei militaris peritus. a. 1. pass. ἐδιδάχθην ης η, Gal. 1. ver. 12. οὔτε ἐδιδάχθην, neq; didici, seu neq; edoctus sum. Colos. 2. v. 7. καθὼς ἐδιδάχθητε (2.pl.a.1.pas. indic.) sicuti edocti estis. 2 Thes. 2. v. 15. παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε quas didicistis. Matth. 28. v. 15. ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν (3.pl.a.1.pass. indic.) fecerunt, sicut erant edocti. διδαχὴ ῆς ἡ *doctrina*, derivatur à præt. act. δεδίδαχα. Mar. 1. 22. ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, percellebantur doctrinâ ejus. Sicut Lucas habet Luc. 4. 32. ἐν τῇ διδαχῇ pro ἐπὶ τῇ διδαχῇ. 2 Johan. v. 9. ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, permanens in doctrina CHRISTI. διδακτὸς ἡ όν, *doctus a um.* (derivatur à 3. sing. præt. pass. δεδίδακται) Johan. 6. 45. καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, & erunt omnes docti à Deo. ἔσονται διδακτοὶ pro διδαχθήσονται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Hebraismus. Isa. 54. v. 13. In Hebræo est לִמּוּדֵי יְהוָה docti DOMINI, hoc est, à DOMINO. Sic passim נְאֻם יְהוָה ubi נאם in statu constructo pro נאום dictum DOMINI, h.e. dictum à DOMINO, &c. unâ voce compositâ dicitur θεοδίδακτος ου ὁ ἡ à Deo doctus a um. 1 Thess. 4. 9. διδακτικὸς οῦ ὁ *aptus ad docendum*, 1 Tim. 3. 2. διδάσκαλος ου ὁ ἡ *magister a.* Matthæi 10. v. 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, non est discipulus super magistrum. *Doctor*, 1 Corin. 12. ver. 28. καλοδιδάσκαλος ου ὁ ἡ, *honestatis magister a.* Tit. 2. vers. 3. νομοδιδάσκαλος ου ὁ, Legis *doctor*, idem quod νομικὸς οῦ ὁ, 1 Tim. 1. ver. 4. ψευδοδιδάσκαλος ου ὁ, *falsus doctor*, 2 Pet. 2. 1. q.d. διδάσκαλος τοῦ ψεύδους, doctor mendacii. διδασκαλία ας ἡ *doctrina* Rom. 15. v. 4. εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ad nostram doctrinam antè scripta sunt. ἑτεροδιδασκαλέω ῶ, diversam doctrinam doceo, 1 Timoth. 1. 3.

Δίδυμος ου ὁ ἡ, *geminus a um* (à δύο reduplicatâ primâ syllabâ, vel ut Etym. à δύω vel δύνω subeo, occido, quòd duo unà exeant ex ventre) Joh. 11. 16. Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, Thomas qui dicitur Geminus. vide infrà nom. propria.

Δίδωμι, *do* (ab inusitato δόω) Joh. 10. v. 28. κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, & ego vitam æternam do eis. 1 Pet. 1. 5 ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, humilibus verò dat gratiam. Luc. 11. v. 3. δίδου (2. sing. imper. præs. act.) ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν, da nobis quotidiè.

δίδȣ pro δίδοι ad formam χρύσοι, Luc.6.v.38. δίδοτε (2. plur. præs. imperat. act.) καὶ δοθήσεται (3.sing.fut 1.pass.) ὑμῖν, date, & dabitur vobis Ephes.4.17. μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ, nè date locum diabolo. Act. 20 35. μακάριόν ἐστι διδόναι (præs. act. infinit.) μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, beatum est dare potiùs, quàm accipere. 1 Tim.5.v.14. ἀφορμὴν διδόναι occasionem dare. Joh.6.33. ζωὴν διδοὺς (part. præs. act.) τῷ κόσμῳ, vitam dans mundo. Jacob.1.5. αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ, petite à Deo qui dat, qui distribuit. 1 Cor.15.57. τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν νῖκος, Deo autem habetor gratia, qui dat nobis victoriam. *imperf. act.* ἐδίδων ως ω, vel ἐδίδουν ες ε. Matthæi 26. 26. καὶ ἐδίδου (pro ἐδίδω) τοῖς μαθηταῖς, & dabat discipulis. Sic Act. 2. 4. ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι, dabat iis effari. ἐδίδου pro ἐδίδω, à διδόω, ad formam τοῦ χρυσόω, seu τοῦ δηλόω. in 3. sing. ἐδίδοε, contractè ἐδίδου. Sic Joh.19.v.3. ἐδίδουν (3. pl. imperf. act.) pro ἐδίδοσαν. ἐδίδουν pro ἐδίδοον. *F.* δώσω εις ει. Mat. 16.19. δώσω σοι τὰς κλεῖς, dabo, hoc est, *committam* tibi claves. Act.13. 35. οὐ δώσεις τὸν Ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν, non *sines* Sanctum illum tuum videre corruptionem, h. e. computrescere Roman. 12. 14. ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει (3. sing. fut. act. indic.) τῷ Θεῷ, unusquisque nostrûm de seipso rationem *reddet* Deo. Marc. 12. 9. δώσει *elocabit.* Matth.24.24. δώσουσι (3. pl. fut. act.) σημεῖα μεγάλα, *edent* signa (miracula) magna. *futur. subj. act.* δώσω ῃς ῃ. Johan. 17. 2. δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον, det iis vitam æternam Apoc. 13. 16. ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα, ut daret iis characterem. Similia exempla fut. temp. lege in κερδαίνω, εἰμὶ, χαίρω, &c. Theocrit. εἰδύλ. 27. alii 28. alii 36. cujus titulus est ὁ ὀαριστύς. v. 21. δειμαίνω μὴ δή σε χερείονι φωτὶ δώσῃ, metuo nè te deteriori viro tradat. ubi δώσῃ est 3. sing. futur. 1. activi subjunctivi. *aor.* 1. *act.* ἔδωκα ας ε. Johan. 13. 15. ὑπόδειγμα ἔδωκα ὑμῖν, exemplum *præbui* vobis. Luc.7. v. 44. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας, aquam pedibus meis non dedisti. Ephes. 1.22. καὶ αὐτὸν ἔδωκε (3. sing. a. 1. act.) κεφαλὴν, ipsum dedit, h.e. *constituit* caput. Hebraismus Matth. 25. v. 35. ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ (2.pl.a.1. act. indic.) μοι φαγεῖν, esurivi, & dedistis mihi quod ederem. Matth.27.v.10. καὶ ἔδωκαν (3.pl.a.1. act. indic.) αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, & dederunt eos ad agrum figuli, scil. emendum. 2 Corinth.8.v.5. ἑαυτοὺς ἔδωκαν, se *dediderunt. a.2. act.* ἔδων ως ω. *a.2. imper. act.* δὸς *da.* Marci 10. 37. δὸς ἡμῖν, da, hoc est, *concede* nobis. Johan.4.15. Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, Domine, da mihi aquam istam. Matth. 5.31. δότω (3.sing.a.2 imperat.act.) αὐτῇ ἀποστάσιον, det ei libellum discessionis. Roman. 12. 19. δότε (2.pl.a.2.act. imperat.) τόπον τῇ ὀργῇ, date locum iræ, videlicet Dei, quam vindictæ cupidi prævenire volunt. *aorist. 2. act opt.* δοίην ης η, & Atticè δῴην ῴης ῴη

δῴη

ῴη, mutato ο in ω, & ſubſcripto iotâ, 2 Tim. 2. 7. δῴη σοι Κύριος σύνεσιν, *largiatur* tibi Dominus intelligentiam. *aoriſt. 2. act. ſubj.* δῶ δῷς δῷ. Marc. 6. v. 25. θέλω ἵνα μοι δῷς, volo ut mihi des. Johan. 15. v. 16. δῷ ὑμῖν, det vobis 1 Cor. 9. 12. ἵνα μὴ ἐγκοπὴν δῶμεν (1. pl. a. 2. act. ſubj.) τῷ εὐαγγελίῳ, nè interrumpamus curſum Evangelii, 1 Cor. 14. 9. ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε (2. plur. a. 2. act. ſubj.) niſi *edideritis* bene ſignificantem ſermonem. Luc. 20. v. 10. ἵνα δῶσιν (3. pl. a. 2. act. ſubj.) αὐτῷ ut darent ei. *a. 2. act. infinit.* δοῦναι dare. Marc. 10. ver. 40. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, non eſt meum dare. Act. 19. 31. δοῦναι ἑαυτὸν εἰς θέατρον, dare ſe in theatrum. *part. aor. 2. act.* δοὺς δοῦσα δόν in genit. δόντος δούσης δόντος. 2 Cor. 5. v. 5. δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, qui *dedit* nobis arrhabonem Spiritûs, hoc eſt, Spiritum Sanctum, tanquam arrhabonem. Hypallage Hebraica. 1 Tim. 2. 6. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, qui ſeſe ipſe dedit (obtulit) redemptionis pretium pro quibuſvis. 1 Theſ. 4. 8. τὸν δόντα (part. aor. 2. act. accuſ. ſing.) τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, qui dedit Spiritum ſuum. *P. act.* δέδωκα ας ε. Joh. 17. 8. τὰ ῥήματα ἃ δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, verba quæ *tradidiſti* mihi, *tradidi* illis. Joha. 17. 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκας, ad verbum. Opus conſummavi quod dediſti, hoc eſt, plenè functus ſum officio prophetico, quod mihi *injunxiſti*. Joh. 5. 22. κρίσιν πᾶσαν δέδωκε (3. ſin. præt. act.) τῷ υἱῷ, omne judicium *commiſit* Filio *pluſquamperf.* Mar. 14. 44. δεδώκει pro ἐδεδώκει dederat. Joh. 11. 57. δεδώκεισαν pro ἐδεδώκεισαν, ubi utrimq; ex Attica dialecto augmentum deſideratur. Iones & poëtæ idem factitare ſolent. Confer θεμελιόω, ἐκβάλλω &c. *præſ. paſſ.* δίδομαι. 1 Cor. 12. v. 7. ἑκάστῳ δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον, unicuique datur ad utilitatem, h. e. aliorum ædificationem. Luc. 22. v. 19. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον (partic. præſ. paſſ.) hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. *præt. paſſ.* δέδομαι σαι ται. Matth. 13. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια, vobis datum eſt nôſſe. 1 Cor. 11. 15. ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ, coma pro velamine data eſt ei. à δέδομαι, derivatur δόμα ατος τὸ, *donum*, Matth. 7. 11. δόματα ἀγαθὰ διδόναι, dona bona dare. à δέδομαι derivatur δόσις εως ἡ, *datum*. Philip. 4. v. 15. εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, in ratione dati & accepti. Joh. 19. 11. εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν, niſi hoc tibi datum eſſet supernè. à δέδοται derivatur δότης ου ὁ, *dator*. 2 Cor. 9. 7. ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς, hilarem datorem amat DEUS. *part. præt. paſſ.* δεδομένος η ον, *datus a um*, Joh. 19. 11. οὐκ εἶχες ἐξουσίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν, non haberes poteſtatem adverſus me, niſi tibi datum eſſet supernè. *anomalia generis*, δεδομένον pro δεδομένη, ſubintelligitur τόδε, ſcil. πρᾶγμα. *aor. 1. paſſ.* ἐδόθην ης η. 1 Tim. 4. ver. 14. ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, quod donum tibi datum

est per prophetiam, hoc est, ita jubente per os prophetarum Spiritu S. confer 1 Tim.1.18. Act. 13.2. & 16.2. *aor.1.pass.opt.* δοθείην ης η, Ephes.6.v.19. ἵνα μοι δοθείη λόγος, ut mihi detur (indatur) sermo. *aor.1.pass.subj.* δοθῶ ῇς ῇ. Marc.13.11. ἀλλ' ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν, sed quicquid datum fuerit vobis. Galat.3.22. ἵνα ἡ ἐπαγγελία δοθῇ (3. sing.a.1. pass. subj.) τοῖς πιστεύουσι, ut promissio daretur credentibus. *a.1.pass. infin.* δοθῆναι dari. Matth.14. v.9. ἐκέλευσε δοθῆναι, jussit dari. *part.a.1.pass.* δοθεὶς έντος ὁ. in f.g. δοθεῖσα είσης, in n.g. δοθὲν έντος Rom.5.5. τοῦ δοθέντος ἡμῖν, qui datus est nobis. Rom.12.v.6. κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν, pro gratia, quæ data est nobis. *Fut.1. pass.* δοθήσομαι dabor. Matth.7. 7. αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν, petite, & dabitur vobis. ἀναδίδωμι *reddo.* F. ώσω. P. ἀναδέδωκα. Actor.23.33. ἀναδόντες (part.a.2. act.) τὴν ἐπιστολὴν, quum reddidissent epistolam. à sing. ἀναδοὺς όντος ὁ, ab.a.2. act.indic. ἀνέδων ως ω. ἀνὰ in compositis vertitur per *re*, h.e. iterum. item per *sursum*, & tum est ex ἄνω. Sic Basil. ἀναδίδωσιν ἡ πηγὴ ὕδωρ, fons scatet aquâ, seu sursum emittit, ebullit aquam. ἀποδίδωμι *reddo, retribuo, solvo,* Luc.19.v.8. ἀποδίδωμι τετραπλοῦν, reddo quadruplum. Heb.12.11. καρπὸν ἀποδίδωσι fructum reddit. *præs. imperat.* ἀποδίδοθι, & ἀποδίδου. 1 Cor.7.3. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω (3.sing. præs.act.imperat.) uxori vir debitam benevolentiam reddito. præs. infinit. ἀποδιδόναι. 1 Tim.5.4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, vicem rependere parentibus, quod Græci dicunt ἀντιπελαργεῖν. Apoc.22.2. ἀποδιδοῦν ab ἀποδιδόω, ad formam τοῦ χρυσόω οῦν, δηλόω οῦν, pro ἀποδιδόναι. 1 Pet.3.9. μὴ ἀποδιδόντες (nom. pl. part. præs.act.) κακὸν ἀντὶ κακοῦ, non reddentes malum pro malo. *imperf. act.* ἀπεδίδουν pro ἀπεδίδων. Act.4.33. ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι, apostoli reddebant testimonium. *F.* ἀποδώσω εις ει. Matth.18.26. καὶ πάντα σοι ἀποδώσω, omnia tibi reddam. Deut.24.15. αὐθημερὸν ἀποδώσεις μισθὸν, eodem die pendes mercedem. Rom.2.6. ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα, reddet unicuique secundùm opera. 1 Pet.4. 5. οἱ ἀποδώσουσι (3.pl. fut. act.) λόγον, qui reddent rationem. Heb. 13. ver.17. ὡς λόγον ἀποδώσοντες (nom.pl. part.fut. act.) ut rationem reddituri. *a.1.act.* ἀπέδωκα reddidi. Luc. 9.42. καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, & reddidit eum patri suo. *aor.2.act.* ἀπέδων ως ω, reddidi. Luc.16.2. ἀπόδος (2 sing. a.2. act. imperat.) λόγον τῆς οἰκονομίας σου, redde rationem dispensationis tuæ. Matth.22.21. ἀπόδοτε (2 pl. a.2.act. imperat.) τὰ Καίσαρος (scil. ὄντα) Καίσαρι, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. *aor. 2. act. opt.* ἀποδοίην ης η. 2 Tim. 4. 14. ἀποδῴη αὐτῷ Κύριος, rependat ei DOMINUS. ἀποδῴη, pro ἀποδοίη Atticè, est 3 sing.a.2.act. optativi. *aor.2.act. subj.* ἀποδῶ ῷς ῷ. Luc.12. v.50. καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς, ultimum quadrantem reddideris.

Matth.

Matth.18. ver.30. ἕως οὗ ἀποδῷ (3.sing.a.2. act.subj.) τὸ ὀφειλόμενον, quousq; redderet debitum. *a.2.act.infinit.* Apoc.22.v.12. ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται, reddere cuique, prout opus ipsius erit. *part. aor.2.act.* ἀποδοὺς ὄντος ὁ, Luc.4. v.20. ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ, quum reddidisset ministro *aor.1.pass.* ἀποδοθῆναι. Matth.27.v.58. τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι (a.1. pass. infin.) τὸ σῶμα, tunc Pilatus jussit reddi corpus. *a.2.med.* ἀπεδόμην το το, *vendidi*, Heb.12.16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο (3.sing.a.2.med.indic.) τὰ πρωτοτόκια, unico edulio vendidit jus primogeniti. Act.5.v.8. εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; (2.pl.aor.2. med. indic.) an tanti prædium vendidistis? τοσούτου scil. ἀργυρίου. Act.7.9. τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο (3.pl.a.2.med.indic.) εἰς Αἴγυπτον, Josephum vendiderunt (abducendum) in Ægyptum. ἀνταποδίδωμι, verbum decompositum, *retribuo*. Barbari dicunt *retaliare*. Fut. ώσω. Rom.12.19. ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος, ego retribuam, ait DOMINUS. *a.2.act.* ἀνταπέδων ως ω. 2 Thess. 1. v.6. δίκαιον παρὰ τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι (a.2.act.infinit.) τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, justum est apud Deum, vicissim reddere iis, qui vos affligunt, afflictionem. Luc. 14. 14. ἀνταποδοθήσεται (3 sing.fut.1.pass indic.) γάρ σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. ἀνταπόδομα τος τὸ *retributio*. Luc.14.ver.12. καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα, & fiat tibi retributio. ἀνταπόδοσις εως ἡ, propriè *retributio*. per syn,generis *merces*. Coloss.3.v.24. ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας, recipietis mercedem hæreditatis, *hypallage Hebraica*, hoc est, hæreditatem regni cœlestis, quæ erit tanquam merces. Heredes & filii propriè nihil merentur. Est ergo metaphora: μισθαποδοσία ας ἡ, *retributio, præmii largitio.* Heb.11 ver.26. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν, respiciebat enim præmii retributionem. μισθαποδότης ου ὁ, qui reddit mercedem, *præmiorum largitor*. Hebr.11.ver.6. διαδίδωμι propriè *trado per manus.* item *trado* Luc.11.v.22. τὰ σκῦλα διαδίδωσι, spolia distribuit. Apoc.17.13. τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδώσουσι (3.pl.fut.1.) potestatem suam bestiæ tradent. *distribuo*, Joh.6.11. καὶ εὐχαριστήσας διέδωκε (3.sing. a.1.act. indicat.) τοῖς μαθηταῖς, & gratiis actis distribuit discipulis. Luc.18.22. διάδος (a.2. act. imperat.) πτωχοῖς, distribue pauperibus. ab aor.2 act.indicat. διέδων ως ω. *imperf. pass.* διεδιδόμην σο το, Act 4.35. διεδίδοτο (3 sing. imperf. pass) δὲ ἑκάστῳ καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν, distribuebatur verò singulis prout cuique opus erat. ἐκδίδωμι cum Accus. propriè edo, q.d.extra do. ἐκδιδόναι βίβλον, edere librum. λόγος ἐκδεδομένος, rumor vulgatus. *præs.med.* ἐκδίδομαι eloco. *Fut.1.med.* ἐκδώσομαι elocabo. Matth. 21. v.41. καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, & vineam elocabit aliis agrico-

lis

lis seu vinitoribus. *aorist. 2. med.* ἐξεδόμην σο το, elocavi. Luc. 20. v. 9. καὶ αὐτὸν ἐξέδοτο (3. sing. a. 2. med. indic.) γεωργοῖς, & eam elocavit agricolis. ἔκδοτος ου ὁ ἡ, *deditus*, Actor. 2. v. 23. προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον, præeunte decreto seu ante-decreto DEI deditum. ἐπιδίδωμι propriè, do insuper, præterea do, incrementum capio, *do, trado*, Luc. 24. 30. καὶ κλάσας ἐπεδίδου (3. sing. imperf. act.) αὐτοῖς, & fructum *porrigebat* eis. ἐπεδίδου pro ἐπεδίδως, scil. ἐπεδίδοε, contractè ἐπεδίδου, sicut ἐχρύσοε ου. ab ἐπιδιδόω ῶ. *Fut.* ἐπιδώσω εις ει. Matth. 7. v 9 μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; num lapidem dabit ei? Joh. 13. 26. ᾧ ἐγὼ ψωμίον ἐπιδώσω, cui offulam dedero. *a. 1. act.* ἐπέδωκα ας ε. Act. 15. 30. ἐπέδωκαν (3. pl. a. 1. act. ind.) τὴν ἐπιστολήν, reddiderunt epistolam. *a. 2. act.* ἐπέδων ως ω. Actor. 27. v. 15. ἐπιδόντες (scil. τὸ πλοῖον τῷ ἀνέμῳ) ἐφερόμεθα, dato ventis navigio ferebamur. ἐπιδόντες est nominativus pl. gen. m. part. aor. 2. act. à nominativo sing. ἐπιδοὺς όντος ὁ. κατακληροδοτέω ῶ, *sorte distribuo*. aorist. 1. act. κατεκληροδότησα. Actor. 13. v. 19. κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, sorte distribuit eis terram earum. Componitur ex κατὰ, & κληροδοτέω ῶ, sorte divido: à nomine κληροδότης ου ὁ, quasi dicas, δότης τοῦ κλήρου, dator sortis, *testator*. Sic à μισθοδότης ου ὁ, est μισθοδοτέω ῶ, mercedem persolvo. μεταδίδωμι *impertio*, construitur eleganter cum Genitivo, rariùs cum Accusativo. Rom. 12. 8. μεταδιδοὺς (part. præs. act.) ἐν ἁπλότητι, qui distribuit, cum simplicitate. Ephes. 4. v. 28. ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι (præs. act. infinit.) τῷ χρείαν ἔχοντι, ut habeat quod impertiat egenti. *aor. 2 act.* μετέδων ως ω. *aor. 2. act. imperat.* μετάδος ότω, Luc. 3. 11. μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι, impertiat non habenti. Roman. 1. 11. ἵνα τι μεταδῶ (1. sing. a. 2. act. subj.) χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν, ut aliquod impertiam vobis donum spirituale. 1 Thess. 2. v. 8. εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι (aor. 2. act. infin.) ὑμῖν, avebamus imperti-ri vobis. Enallage temporis, εὐδοκοῦμεν, pro ηὐδοκοῦμεν. Nisi dicamus. εὐδοκοῦμεν esse 1 plur. imperf. Nam ευ est diphthongus immutabilis, & non augetur nisi Ἀττικῶς. Sic dicimus ηὐχόμην, pro εὐχόμην Atticè, Rom. 9. v. 3. εὐμετάδοτος ου ὁ ἡ, *facilis ad impertiendum*, 1 Tim. 6. 18. Forma vocis videtur notare δύναμιν παθητικήν. Quæ enim verbalia in τος desinunt, passivè capiuntur. Ponitur ergo hîc εὐμετάδοτος activè. propriè diceretur εὐμεταδοτικός, seu εὐμεταδότης. Sed hæc sunt ἄχρηστα inusitata. Germanicè **der gern nutzgibt** παραδίδωμι *trado, dedo*. Luc. 22. v. 48. τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; (2. sing. præs. act. indic.) filium hominis *prodis?* Matth. 10. 19. ὅταν δὲ παραδιδῶσιν (3. pl. præs. act. subj.) ὑμᾶς, quum tradiderint vos. Matthæi 26. 46. ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς (part. præs. act.) με, ecce appropinquavit, qui me *prodit*. Luc. 21. ver. 12. παραδιδόντες εἰς συναγωγάς, tradentes in con-

ventus. Sic Actor.22.v.4. παραδιδοὺς εἰς φυλακὰς, tradens in carceres, scil. conjiciendos. *imperfect. act.* παρεδίδων ως ω, & παρεδίδουν ους ου. Act.8.v.3. παρεδίδου εἰς φυλακὴν, tradebat in custodiam, scil. conjiciendos. Actor.16.4. παρεδίδουν (3.pl. imperf.) αὐτοῖς φυλάσσειν, tradebat eis servanda. παρεδίδουν pro παρεδίδοσαν, ad formam ἐχχύσιον ουν Fut. παραδώσω. Matth.26.15. παραδώσω αὐτὸν, prodam ipsum. Matth.10.21. παραδώσει (3.sing. fut.) ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, tradet frater fratrem neci. Marc.13.v.9. παραδώσουσι (3.pl. fut.) ὑμᾶς εἰς συνέδρια, tradent vos in consessus. Johan.6.v.64. τίς ἐστιν ὁ παραδώσων (part.fut.1. act.) αὐτὸν, & qui ipsum proditurus esset. *præt. act.* παραδέδωκα, Actor.15.26. παραδεδωκόσι (dat. pl. part. præt.) τὰς ψυχὰς αὐτῶν, qui *exposuerunt* animas suas. *plusq. perf.* παραδεδώκειν εις ει. Marc.15.10. παραδεδώκεισαν (3.pl.plusq.perf.) αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς, tradidissent eum pontifices. De augmento abjecto vide supra δεδώκειν, pro ἐδεδώκειν. *a.1.act.* παρέδωκα. 1 Corin. 11.2. καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις, κατέχετε, sicuti tradidi traditiones, retinetis. Matth.25.ver.20. πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας, quinque talenta mihi tradidisti. Marc.15.15. παρέδωκε tradidit. Matth.27.2. παρέδωκαν (3.pl.a.1. act. indic.) αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ, tradiderunt Pontio Pilato. Matth 27.18. διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν, ex invidia tradiderunt eum. *aorist.2. act.* παρέδων ως ω, Luc.1.v.2. καθὼς παρέδοσαν (3.pl. a.2.act.indic.) ἡμῖν, prout tradiderunt nobis. aor... imperat. παράδος, Isa.25.ver... Luc.12.58. καί σε παραδῷ (3. sing.a.2.act.subj.) τῷ πράκτορι, & te tradat exactori. 1 Cor.5... παραδοῦναι (a.2.act. infin.) τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, tradere ejusmodi hominem Satanæ. Matth. 10.v.4. ὁ καὶ παραδοὺς (part.a.2. act.) αὐτὸν, qui etiam prodidit ipsum. Gal. 2. v.20. παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, qui se tradidit pro me. *præs. pass.* παραδίδομαι, Luc.22.v.22. οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ δι' οὗ παραδίδοται, væ homini per quem proditur. 1 Corin.4.11. εἰς θάνατον παραδιδόμεθα (1.pl. præs. pass.indic.) διὰ Ἰησοῦν, morti tradimur propter JESUM. Luc.9.v.44. μέλλει παραδίδοσθαι (præs. pass. infin.) futurum est ut tradatur. imperf. pass. παρεδιδόμην ου ετο, 1 Cor... v.23. ἐν τῇ νυκτὶ, ἐν ᾗ παρεδίδετο (3. sing. imperf. pass.) eâ nocte quâ prodebatur. vulgata versio, quâ tradebatur. Et hæc propria hujus verbi significatio: per proditionem verò tra... est synecd. speciei. *præt. pass.* παραδέδομαι σαι ται, Luc.4.6. ἐμοὶ παραδέδοται, nam mihi tradita est. Act.14.26. παραδεδομένοι (part.præt. pass. pl.m... g m.) τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, commendati gratiæ Dei. *aor.1.pass.* παρεδόθην ης η. Mat. 4.12. ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, Johannem traditum esse in custodiam. Matth... v.27. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. omnia mihi tradita sunt à PATRE meo. Ro...

Ephes. 5. 31. ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος, propterea relinquet homo. Matth. 19. 5. ἕνεκεν τούτου καταλείψει. *Præt.* καταλέλειφα. *aor.* 1. κατέλειψα, *reliqui*, Actor. 6. ver. 2. *aor.* 2. κατέλιπον, *idem*. Roman. 11. v. 4. κατέλιπον ἐμαυτῷ, reliqui, seu reservavi mihi. Tit. 1. 5. τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, hujus rei causâ reliqui te in Creta. Luc. 5. 28. καταλιπὼν (part. a. 2. act.) ἅπαντα, relictis omnibus. καταλείπομαι, *relinquor*, Heb. 4. v. 1. *Præt. perf.* καταλέλειμμαι, Act. 25. 14. καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος, relictus à Felice in vinculis. Hinc est nomen κατάλειμμα τὸ, *reliquiæ*, Roman. 9. 27. τὸ κατάλειμμα σωθήσεται, reliquiæ servabuntur. *aor. pass.* κατελείφθην *relictus sum*, Johan. 8. 9. καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, & relictus est solus JESUS. Actor. 2. v. 31. ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, quia non relicta est anima ejus in inferno. 1 Thess. 3. 1. εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι (aor. 1. pass. infinit.) ἐν Ἀθήναις μόνοι, voluimus relinqui Athenis soli. *è præter. med.* καταλέλοιπα est nomen κατάλοιπος, *reliquus*. legitur in pl. num. Actor. 15. 17. ἐγκαταλείπω, *desero*. Heb. 10. 26. *F.* ἐγκαταλείψω, *deseram*, Act. 2. 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου, non relinques animam meam, hoc est, me *Hebraismus*. *aor.* 2. ἐγκατέλιπον, *deserui*, Matt. 27. 46. Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Deus mi, Deus mi, cur me deseruisti? item significat etiam *reliqui*, seu *reservavi*, quœ est contraria significatio, Rom. 9. 29. εἰ μὴ Κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, nisi Dominus exercituum nobis reliquisset & reservâsset semen, hoc est, posteros. In passiva forma legitur semel, 2 Cor. 4. v. 9. διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι, persecutione pressi, sed non deserti: seu, ut præsens tempus magis exprimatur, persecutione premimur, sed non derelinquimur. Heb. 13. v. 5. οὐ μή σε ἐγκαταλίπω, (1. sing. aor. 2. act. subj.) nunquam te deseram. juxta vocem *deseruero*. παραλείπω, prætermitto, omitto. Hinc libri Chronici in Bibliis dicuntur παραλειπόμενα, scilicet, βιβλία, hoc est, libri in quibus extant ea quæ in libris Regum prætermissa fuerunt. Hebræi vocant *verba dierum*. Latini, *annales*. Græci, τὰ χρονικά. περιλείπομαι, *reliquus sum*: legitur tantùm in particip. præs. 1 Thess. 4 v. 15. 17. ἡμεῖς οἱ περιλειπόμενοι, nos qui reliqui erimus. ὑπολείπομαι, *relinquor*, Rom. 11. 3. κἀγὼ ὑπελείφθην (*aorist.* 1. *pass. indic.*) μόνος, & ego Elias relictus sum solus, 1 Reg. 19. 10. ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώτατος, relictus ego sum planè solus. Gen. 27. 36. οὐχ ὑπολέλειπτό (3. sing. plusq. perf. pass.) μοι εὐλογία, πάτερ; An non mihi reservata est benedictio, pater? pro λείπω dicitur etiam λιμπάνω, unde ὑπολιμπάνω, *relinquo*, 1 Pet. 2. 21. ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, relinquens nobis exemplar.

Λείχω, *lingo*, *lambo* (Heb. לחך quod ipsum à Sept. vertitur λείχω, Psalm. 72. 9. Isa. 44. 29. *Fut.* λείξω.

λείξω. Mich.7.v 17. *Præt.* λέλειχα. a.1. ἔλειξα. 1 Reg.21.19. ἀπολείχω, *lingo*, Luc.16.11. καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον (3.pl.imperf. act.) τὰ ἕλκη αὐτοῦ, & canes venientes lingebant ulcera ejus.

Λέπρα ας ἡ, *lepra*, pertinacissimæ scabiei genus, de qua in scholis Medicorum. Vocatur etiam Elephantiasis à cutis asperæ similitudine. Videtur sic dici ἀπὸ τῆς λεπίδος, à squama. Vide paulò post λέπω. Matth.8. v.3. ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα, purgata fuit ejus lepra. Luc.5.12. πλήρης λέπρας, plenus leprâ. λεπρὸς οῦ ὁ, *leprosus*, Matth.11.ver.5. λεπροὶ καθαρίζονται, leprosi purgantur. Luc.17.12. δέκα λεπροὶ, decem leprosi.

Λεπτὸς ἡ ὸν, *tenuis e.*) (παχὺς *crassus*. τὸ λεπτὸν, genus quoddam minuti numi, Marc. 12.42. ἔβαλε λεπτὰ δύο, projecit duo minuta, seu duos numulos, teruncios, obolos, hoc est, minimam monetam. Luc.12.59. καὶ τὸ ἔσχατον λεπτὸν ἀποδῷς, & ultimum etiam minutum reddideris. λεπτότης ητος ἡ, *tenuitas*. λεπτύνω, *extenuo*.

Λέπω: *Fut.* ψω. *Præt.* λέλεφα. *decortico*. *Præt. pass.* λέλεμμαι, unde est λέμμα τος τὸ, *cortex*, λεπὶς ίδος ἡ, *squumma*, Act.9.18. καὶ εὐθέως ἐπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡς λεπίδες, statim autem deciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ.

Λευκὸς ἡ ὸν, (λεύσσω video) *albus a um. candidus*. Matth.5. v. 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι, non potes unum pilum album aut nigrum facere. Matth.28.v.3. καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, & vestimentum ejus candidum erat sicut nix. Marc.16. v.5. περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, indutum vestitu candido. *Hellenismus*. λευκαίνω, *dealbo*. *Fut.* λευκανῶ. *aorist.* 1. ἐλεύκανα. Apoc.7. ver. 14. καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν, & dealbarunt stolas suas. Marc.9.3. οὐ δύναται λευκᾶναι, (aor.2. act. infin.) nequit dealbare. λευκόω ῶ, *idem*. λευκότης ητος ἡ, *albedo candor*.

Λέων οντος ὁ. (à λάω video, sicut Hebr. אַרְיֵה à רָאָה) *leo* Heb.11.33. per *metaphoram* dicitur de tyrannis. 2 Tim.4. v.17. ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, liberatus sum ex faucibus leonis, h.e. tyrannide Neronis. 1 Pet.5. v.8. ὡς λέων ὠρυόμενος, tanquam leo rugiens. Accipitur etiam in *bonam partem*. Apoc.5.v.5. λέαινα ης ἡ, *leæna*. λεοντώδης εος ὁ ἡ, *leoninus*.

Ληκέω, *crepo, resono*. a. 2. ἔλακον. *Præt. med.* λέλακα. a. 1. ἐλάκησα, *crepui*, Act.1.18. καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, & præcipitatus crepuit medius. Affine Chal. לְקָא frangi, percuti.

Ληνὸς οῦ ἡ, (affine τῷ λεαίνω comminuo) *torcŭlar*. Matth.21.33 καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, fodítque in ea (vinea) torcŭlar. Apoc.19. 15. καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν, & ille calcat torcûlar. *Lacus preli torcularii*, Apoc. 14. 19. καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν, & conjecit in lacum. ὑπολήνιον ου τὸ, *lacus in torculari*, in quem excipitur liquor uvarum Marc.12.1.

Λῆρ☉ ὁ ὁ,in plur.λῆϱοι(ex λα valde,& ῥέω loquor) *Nugæ*, Luc. 24. 11. ὡσεὶ λῆροι τὰ ῥήματα αὐτῶν, tanquam nugæ erant verba eorum λη̃ρέω ῶ, *nugor*. συλληρέω ῶ, *sum congerro*, *una cunfabulor*, *nugor*,*ineptio*, affine Latino verbo *deliro*.

Λίαν, *valde*, Adverb. Adjicitur *verbis*. ἐχάρη λίαν, gavisus est valde, Luc.23.8. ἐθυμώθη λίαν, excanduit valde, Matth.2.16. & nominibus *adject*. Matth.4.ver.8. εἰς ὄρ☉ ὑψηλὸν λίαν, in montem valde altum. & cap.8. v.28. χαλεποὶ λίαν,sævi valde, Marc. 9.3. λευκὰ λίαν, valde candida. *Redundantia* ejus exaggerat.Marcæ 6. v.51. λίαν ἐκ περισσοῦ, *multo magis*. Verbum *substantivum* subintelligitur, 2 Corin. 12,v.11. τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, summis apostolis.

Λίβανος ὁ ὁ,*thus*,ab Heb. לְבֹנָה accipit nomen à candore. Radix לָבַן candidus,albus fuit,Germanicè **Weirauch**. q. d. sacer fumus.Libanus etiam est *arbor thurifera*. item, est nomen *montis*, Hebr. לְבָנוֹן, à candore sic dicti. Sic Latinè Alpes à nivium albedine. Matth.2.11. λιβανωτὸν ὁ τὸ, *thuribulum*, Apoc.8. ver.3,5. χαλκολίβανον ὁ τὸ, *orichalcum*, dictio composita ex χαλκὸς æs, & λίβαν☉ *thus*. Suidas tradit esse *electri genus auro pretiosius*. Apoc.1.15.

Λιβερτῖν☉ vide infra.

Λίθ☉ ὁ ὁ, *lapis*, Matth.3.v.9. Luc.19.v.40. οἱ λίθοι κεκράξονται, lapides clamabunt, Luc.22. v.41. ὡσεὶ λίθου βολὴν ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν, abscessit ab iis quasi ad jactum lapidis. Johan.8. v 7. πρῶτ☉ τὸν λίθον ἐπ᾽ αὐτῇ βαλέτω, primus in eam jaciat lapidem. 1 Corinth.3.12. λίθ☉ τίμι☉, *lapis pretiosus*. De Christo per *metaphoram*. Matth.21. ver. 42. λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτ☉ ἐγενήθη. λίθον pro λίθ☉. Sic Virgil. *Urbem quam statuo vestra est*. Vide supra ἄρτ☉. λίθιν☉ η ον, *lapideus*, Johan.2.6. λιθάζω *lapido*, Johan.10.v.32.33. λιθάζετέ με, *lapidatis me*. *Futur*. λιθάσω,*lapidabo*. *aorist*.1. ἐλίθασα, *lapidavi*, Johan.10.31. ἵνα λιθάσωσιν (3.perf.pl.a.1.subj.) αὐτὸν, ut lapidarent eum. Johan.11.8. λιθάσαι,*lapidare*, est a.1. infinit. act. Actor.14.v.19. λιθάσαντες (aor.1.part.) τὸν Παῦλον, postquam lapidâssent Paulum. λιθάζομαι, *lapidor*. *aorist*.1. ἐλιθάσθην, Heb.11.37. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, lapidati, dissecti sunt. Actor.5.26. ἵνα μὴ λιθασθῶσι, (aorist.1. subj.) nè lapidarentur. καταλιθάζω,*lapido*. *Fut*. καταλιθάσω.Luc.20.ver.6. πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς, omnis populus lapidabit nos. χρυσόλιθ☉ ὁ ὁ, *chrysolithus*, nomen gemmæ, Apoc.21.20.

Λικμὸς ὁ ὁ,*ventilabrum*.λικμάω ῶ, propriè *ventilo*, glumas & paleas à frumento separo.ἰλιάδ. ε.v.500. videtur Eustathio compositum hoc verbum ex λίαν & κάμνειν, ὅτι καματηρὸν, quia est laboriosum.Vide infra πτύον ὁ τό: In N. T. bis legitur in futuro, & idem significat quod *dissipo*, *commi-*

minuo, quassi. Matt. 21. 44. ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ (a.2.subj. act.) λικμήσει αὐτὸν, super quem verò ceciderit, comminuet eum.

Λιμὴν ένος ὁ, *portus*, Act.27. 8, 12. dictum tradit Eust. παρὰ τὸ λίαν μένειν, à valde manendo seu conquiescendo, ad differentiam fluctuātis maris, & Euriporum terræ vicinorum. Euripus est fretum, seu mare reciprocum, ideóque inquietissimum. ἐλλιμενιστὴς οῦ, *portitor* portitorii exactor, publicanus.

Λίμνη ης ἡ, *stagnum, lacus*, παρὰ τὸ λίαν μένειν, Luc.5.1. παρὰ τὴν λίμνην, juxta stagnum, seu mare, seu lacū, λιμναῖος α ον, *palustris, lacustris*. λιμνώδης εος, *paludosus*. περίλιμνος ὁ ἡ, qui à lacu alluitur.

Λιμὸς οῦ ὁ, *fames*, Matth. 24. 7. καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, erunt fames & pestilentiæ. Luc. 4. 25. λιμὸς μέγας, fames magna, & cap. 15.v.14. eodem sensu λιμὸς ἰσχυρός. Luc.15,17. λιμῷ ἀπόλλυμαι, *fame pereo*. λιμαίνω, *fame laboro*. λιμώττω, *idem*.

Λίνον ου τὸ, *linum*, bis legitur Matth. 12. 20. λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, linum fūmigans non extinguet, & Apoc. 15. 6. λίνεος ὁ, έα, εον οῦν, & λίνειος εία ον, *lineus a um*.

Λίπος εος τὸ, *pinguedo*. λιπαρὸς ὰ ὸν, *pinguis*, Apoc. 18. 14. ἀλιπὴς έος ὁ ἡ *pinguedinis expers, macilentus*.

Λίτρα ας ἡ, *libra*, mensuræ & ponderis nomen duodecim continens asses. Joh.12.3.& 19.39.

Λόγχη ης ἡ. Vide λαγχάνω.

Λοίδορος ου ὁ, *conviciator, maledicus*, (ex λαὸς populus, & δέρω percutio.) 1 Cor.5.11. Accipitur etiam Adjectivè, ut γραμματεῖον τὸ λοίδορον, *libellus famosus*. λοιδορία ας ἡ, *convicium*, 1 Tim. 5. v.14. λοιδορίας χάριν, *ad maledicendum*, 1 Pet. 3. 9. μὴ ἀποδιδόντες λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, non reddentes convicium pro convicio. λοιδορέω ῶ, *convicior*, cum Accusat. Johan. 9. 28. ἐλοιδόρησαν (3. pl. a. 1.) οὖν αὐτὸν, itaque conviciati sunt ei, Actor. 23. 4. ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς; pontifici illi Dei maximo conviciaris? λοιδορέομαι οῦμαι, *conviciis afficior*, 1 Cor. 4. 12. λοιδορούμενοι (part.præs.pass.) εὐλογοῦμεν, conviciis affecti bene precamur. ἀντιλοιδορέω ῶ, *convicium regero*. 1 Pet. 2.23. ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει (3.sing. imperf.act.) qui conviciis affectus, non vicissim conviciabatur. Convicium scribitur Latinè per c, quasi convocium.

Λοιμὸς οῦ ὁ, *pestis*, quam Hippocrates vocat ἐπιδήμιον νόσημα, h.e. ægritudinem cōmunem, quæ passim invadit homines. Matth. 24.7. Luc. 21. 11. λοιμοὶ ἔσονται, pestes erunt. Per metaph. homo dicitur λοιμὸς, pestis, h.e. exitialis. λοιμώδης εος ὁ ἡ, *pestilens*. λοιμώττω, *peste laboro*.

Λούω, lavo, propriè dici traditur de corpore, sicut νίπτω de manibus, & πλύνω de pannis & *vestimentis*. (Videtur ortum esse à λύω solvo.) *Fut*. λούσω, *lavabo*. *P*. λέλουκα, pro quo legitur a.1. ἔλουσα, *lavi*, Act.16.33. ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν, lavit eorum plagas, vel abluit ab eorum plagis sordes

λούομαι *abluor.* item *lavo me.* λουομένη, **die sich badete.** 2 Sam. 11. ver. 2. *Præter. pass.* λέλουμαι, *lotus sum.* in 3. perf. λέλουται, *lotus est*, unde est λουτρὸν οῦ τὸ, *lavacrum*, aqua ipsa quâ nos lavamus. balneum. Ephes. 5. v. 26. Tit. 3. v. 5. ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, servavit nos per lavacrum regenerationis. λουτρὸν οῦ τὸ, accentum habet in fine, ad differentiam vocis λούτριον οῦ τὸ, *aqua sordida*, in qua aliquis se lavit. λουτρὼν ῶνος ὁ, locus lotioni destinatus. λουτὴρ ῆρος ὁ, *pelvis* Exod. 31. vers. 8. *part. præt. pass.* λελουμένος η ον, *lotus, ablutus*, Johan. 13. ver. 10. ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, qui lotus est non opus habet lavari, nisi pedes. Hebr. 10. ver. 22. λελουμένοι τὸ σῶμα. *Hellenismus*, ubi subintelligitur κατὰ, Latinè *abluto corpore*. *Aor.* 1. *med.* ἐλουσάμην, *lavi & lotus sum.* λούσασθαι aorist. 1. med. infinit. lavare se, **sich baden.** Exod. 2. ver. 5. 2 Pet. 2. v. 22. ὗς λουσαμένη (aor. 1. med. part.) sus lota. ἀπολούω, abluo. Legitur tantùm in *aorst.* 1. *medio*, ἀπελουσάμην, *ablui me*, & *ablutus sum.* Actor. 22. vers. 16. ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι (aor. 1. med. imperat.) τὰς ἁμαρτίας σου, surge, baptizator, & abluitor à peccatis tuis. 1 Corinth. 6. ver. 11. ἀλλ' ἀπελούσασθε (2. pl. aor. 1. med. indic.) sed abluti estis.

Λύκος ου ὁ, *lupus.* Sic dictus παρὰ τὸ λύειν, dissolvere, vel ab Heb. לוע absorbere.) Matth. 10. v. 16. ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, ut oves (Lucas habet c. 10. v. 3.) ὡς ἄρνας, tanquam agnos) inter lupos. Per metaphoram *pseudopropheta, hæreticus.* Matth. 7. ver. 15. λύκοι ἅρπαγες, lupi rapaces, Actor. 20. ver. 29. λύκοι βαρεῖς, lupi graves. hoc est, admodum noxii. λύκειος α ον, *lupinus a um*: λυκείη, subintellige δορὰ, *lupina pellis.* λύκαινα ης ἡ, *lupa*, quæ sic Latinè dicitur quasi λύπη, Doricè λύπα, dolor.

Λῦμα τος τὸ, *purgamentum, sordes.* idem quod κάθαρμα. Sic κατ' εὐφωνίαν dicitur pro λοῦμα à verbo λούω lavo. λύμη ης ἡ, *exitium, lues, noxa.* λυμαίνω, *perniciem affero, labefacto.* λυμαίνομαι, *vasto.* Act. 8. 3. *aor.* 1. *med.* ἐλυμήνατο.

Λύπη ης ἡ, *tristitia, animi ægritudo.* Etymologus scribit, dictam λύπην παρὰ τὸ λύειν εἰς δάκρυα τοὺς ὦπας, quod resolvat in lacrymas oculos. κοιμᾶσθαι ἀπὸ λύπης, Luc. 22. v. 45. præ mœstitia dormire. Johan. 16. v. 6. ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν, tristitia implevit cor vestrum. Joh. 16. v. 22. λύπην ἔχετε, tristitiâ afficimini. 2 Cor. 7. 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη, tristitia quæ est secundùm Deum. Philip. 2. 27. ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ (aor. 2. subj.) nè tristitiam super tristitia haberem. 1 Pet. 2. 19. εἰ ὑποφέρει τις λύπας, si quis suffert molestias. λυπέω ῶ, *mœrorem alicui affero, contristo.* 2 Cor. 2. v. 2. λυπῶ ὑμᾶς, tristitiâ vos afficio. Ephes. 4. v. 30. μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα ἅγιον, nè contristate Spiritum sanctū, *Metaphorica locutio*, h.e. nè committite, ut Spiritus

ritus S. dona sua & gratiosam operationem vobis subtrahat. Sicut enim tristes non operantur uti solent: ita nec Spiritus S. unde fit, ut ad preces, ad meditandas sacras literas, & ad Deum contemplandum planè inepti simus. vel sic verti queunt, *nè offendite Spiritum sanctum.* Nam apud Xenoph. lib. 2. pæd. circa finem λυπέω ῶ, ponitur pro προσκόπτω. Verba ejus hæc sunt: ἥδιον εἶ) εὖ τι λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παρορμᾷν μᾶλλον (τοὺς συμμάχους) ἢ λυποῦντα καὶ ἀναγκάζοντα, hoc est, suavius esse benè tum dicendo, tum faciendo potiùs excitare (belli socios) quàm offendendo & cogendo. F. λυπήσω. P. λελύπηκα. 2 Cor.2. v.5. εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, si verò quis tristitiâ affecit, non me tristitiâ affecit. aor.1. ἐλύπησα, *idem.* 2 Corinth.7. v.8. λυπέομαι οῦμαι, *mœreo, doleo, tristor*, Matth. 19. 22. ἀπῆλθε λυπούμενος, abiit tristitia affectus. Matth.26.22. λυπεῖσθαι σφόδρα, valde mœrere. & v.37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, cœpit contristari, & gravissimè angi. aor.1. ἐλυπήθην, *contristatus fuit.* Matth.14.9. Johan.21. v.17. ἐλυπήθη ὁ Πέτρος, contristatus fuit Petrus. 2 Cor. 7. 11. λυπηθῆναι κατὰ Θεὸν, secundùm Deum contristari. *Fut.*1. λυπηθήσομαι, *dolebo*, Johan.16.20. ὑμεῖς δὲ λυπηθήσεσθε, vos verò dolebitis, tristes eritis. ἄλυπος ὁ ἡ, *dolorum expers.* in compar. ἀλυπότερος, *minùs dolens*, Philip.2.v.28. περίλυπος ὁ ἡ, *undiquaque tristis, valde tristis*, Matth. 26.ver.38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου, undiquaque tristis est anima mea. Marc.6.26. καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, & admodum tristis factus rex.) (περιχαρὴς ὁ ἡ, qui effuse lætatur. περὶ intendit significationem. συλλυπέομαι οῦμαι, *condoleo*, Marc.3.v.5. sequenti præpositione ἐπὶ cum Dativo.

Λύω, *solvo*, Luc.13.15. *imperf.* ἔλυον, *solvebam*, Joh.5.18. *F.* λύσω. *aor.*1. ἔλυσα, *solvi*, Act.22.30. ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, solvit eum è vinculis. Joh.1.27. ἵνα λύσω (aor.1. subj.) ut solvam. Joh.2.19. λύσατε (a.1. imp.) destruite. Apoc.5.2. λῦσαι (a 1.act. infin.) solvere. *P.* λέλυκα. *Pass.* λύομαι, solvor, 2 Pet.3.v.11. *imperf.* ἐλυόμην, *solvebar*, Act.27. v,41. ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο, puppis verò solvebatur. *Præt.* λέλυμαι, solutus sum. Matth. 16.19. ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, erit solutum in cœlis. 1 Cor. 7.27. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; solutus es à muliere? *a.*1. *pass.* ἐλύθην *solutus fui*, Marc. 7.35. καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, & solutum fuit vinculum linguæ ejus. Actor.13.43. λυθείσης (a.1.pass. part.) δὲ τῆς συναγωγῆς, solutâ verò, h.e. dimissâ synagogâ, seu dimisso conventu. *Fut.*1. *pass.* λυθήσομαι, *solvar*, Apoc.20. ver.7. λυθήσεται solvetur, 2 Pet. 3.12. δι' ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, *in quo*, scil. adventu Christi, *cœli deflagrantes solventur.* Hic δι' ἣν scil. παρουσίαν pro ἐν ᾗ, nisi vertamus *propter quem.* vulgata versio *per quem.* Sed διὰ cum genitivo significat *per.* Ser-

ſus eſt planus. λύσις εως ἡ, *diſſolutio*, 1 Corinth. 7.27. λύτρον ου τὸ, *pretium redemptionis*, ſeu, *pretium quod pro redimendo captivo penditur*. Gallicè *rançon*. Matth. 20. ver. 28. καὶ δοῦναι (aoriſt. 2. infinit.) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, & dare, hoc eſt, ut det animam ſuam, hoc eſt, ut profundat vitam ſuam in redemptionis pretium pro multis. Marc. 10. ver. 45. eadem leguntur. ἀντίλυτρον ου τὸ, idem quod λύτρον, *redemptionis pretium*, 1 Timoth. 2. ver. 6. ὁ δοὺς (a. 2. part.) ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, qui ſeſe ipſe dedit redempcionis pretium pro quibuſvis, hoc eſt, pro omnis ordinis electis. λυτρόομαι οῦμαι, *redimo or*, Luc. 24. ver. 21. ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ, qui redempturus eſſet Iſraëlem. *aor. 1. paſſ.* ἐλυτρώθην, *redemptus fui*, 1 Pet. 1. ver. 18. οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε, vos non caducis rebus, argento aut auro redempti eſtis. *aoriſt. 1. med.* ἐλυτρωσάμην, *liberavi*, *redemi*, Tit. 2. 14. ἵνα λυτρώσηται (a. 1. med. ſubj.) ἡμᾶς, ut nos redimat. λύτρωσις εως ἡ, *redemptio*, Luc. 1. v. 68. ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, & redemit populum ſuum. Luc. 2. 38. προσδέχεσθαι λύτρωσιν, expectare redemptionem. Heb. 9. ver. 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος (part. a. 1. med.) æternam redemptionem adeptus. λυτρωτής οῦ ὁ *liberator*, Actor. 7. 35. τοῦτον ὁ Θεὸς ὃς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν, hunc Deus principem & liberatorem, ſeu redemptorem miſit. ἀπολυτρόω ῶ, *redimo*. ἀπολύτρωσις εως ἡ, *redempto*, Luc. 21. 28. Roman. 8. 23. ἀναλύω, *revertor*, Luc. 12. 36. πότε ἀναλύσει, quando revertetur. *Morior*, Phil. 1. 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, h. e. μεθίστασθαι, *transferri*, ut vertit Chryſoſtomus. Sicut nautæ aliò navigaturi *ſolvere* dicuntur. Sed meliùs vertitur *reverti*, deſiderio redire ſeu reverti. Confer Eccleſ. 12. ver. 7. pulvis redit in terram, ſicut fuit, ſed ſpiritus (anima) redit ad Deum qui dederat illum.

וח תָּשׁוּב אֶל־הָאֱלֹהִים

ἀνάλυσις εως ἡ, *reſolutio*, *reditus*, *mors*, 2 Timoth. 4. 6. ἀπολύω *abſolvo*, Luc. 6. ver. 37. *Dimitto*, Matth. 1. 19. ἀπολῦσαι (a. 1. act. infinit.) *libero hujus vitæ ærumnis*. Luc. 2. 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, nunc liberas ſervum tuum ex miſera hac vita. ἀπολύομαι, *dimittor*. item *diſcedo*. Actor. 28. 25. item *liberor*. Præt. paſſ. ἀπολέλυμαι σαι ται, cum Genit. vi præpoſitionis. Luc. 13. v. 12. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας, liberata es ab infirmitate. Hinc ἀπόλυσις εως ἡ, *obitus*, *mors*, qui ſcilicet, homo liberatus hac lacrymarum valle transfertur in vitam æternam. Profani ſcriptores, myſteriorum ſcripturæ ignari, vocem hanc pro *morte* acceperant. Actor. 26. 32. ἀπολελύσθαι (præt. paſſ. infin.) *dimitti*, *abſolvi*. *Fut. 1. paſſ.* ἀπολυθήσομαι, *abſolvar*, Luc. 6. ver. 37. διαλύομαι, *diſſolvor*. Actor. 5. 36. ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν, 3. perſ. pl. aor. 1. paſſ.) qui credebant ei, nempe Theudæ, diſſoluti ſunt, in nihilum redacti ſunt. ἐκλύω, *explico*,

plico, Marc.4. ver.34. ἐπίλυσις εως ἡ, *explicatio*, 2 Pet.1. ver.20. ἐκλύω, *diſſipo*, Matth.3. ver.36. ἐκλελυμένοι, diſſipati. *Part.paſſ.* ἐκλύομαι *frangor animo, deficio.* Galat. 6. ver.9. μὴ ἐκλυόμενοι, ſi non frangamur animo, *aor.*1. *paſſ.* ἐξελύθην, defeci. Matth.15. v.32. μήποτε ἐκλυθῶσιν (3. pl. a.1.paſſ.ſubj.) nè deficiant. Marc 8.3. ἐκλυθήσονται (3 pl. fut.1. paſſ.) deficient, hoc eſt, viribus exhauſtis, fame peribunt. καταλύω, *deſtruo*, Matth.27. ver. 40. ὁ καταλύων τὸν ναὸν, deſtruens templum. *Futur.* καταλύσω, *deſtruam*, Marc.14.ver.59. Actor.6. ver.4. *Præt.* καταλέλυκα. *aor.*1. κατέλυσα, *deſtruxi*, Galat.2.18. Luc.9 ver.12. καταλύσωσι (3.pl. a.1.act. ſubj.) divertant. Matth. 26. ver.61. καταλῦσαι. *aor.* 1. *act. infin* deſtruere. Item *diverti.* Luc.19.7. εἰσῆλθε καταλῦσαι, introiit, ut ibi diverſaretur, hoc eſt, ut diſſolveret & deponeret veſtes itineris, item ſarcinas. Matth.5. v.17. μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον. λῦσαι νόμον idem ſignificat. Demoſthen.olynth.3. λύσατε, *abrogate.* Matthæi tamen.5.v.19.eſt etiam *violare legem.* καταλύομαι, *deſtruor. aor.*1. κατελύθην. Marc.13.v.2. ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ (3.perſ.ſing. aor.1. paſſ. ſubj.) qui non deſtruatur, vel deſtructus fuerit. *Fut.* 1. καταλυθήσομαι, *deſtruar.* Luc.21.ver.6. ὃς οὐ καταλυθήσεται, qui non deſtruetur, Actor.5.38. ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται, ſi eſt ex hominibus opus hoc, diſſolvetur, hoc eſt, evaneſcet, non permanebit. κατάλυμα τος τὸ, *diverſorium, hoſpitium*, Marc. 14. ver. 14. ἀκατάλυτος ὁ ἡ, *indiſſolubilis*, Heb. 7. ver. 16. παραλύω, *diſſolvo, enervo.* παραλύομαι, *paralyſi laboro.* in part. præter. paſſivi παραλελυμένος, *paralyticus*, Luc.5 ver.18, 24. Actor.8. ver.7. & 9. ver.33. Heb. 12. ver. 12. παραλελυμένα γόνατα, *genua ſoluta.* παράλυσις εως ἡ, *paralyſis*, nervorum reſolutio. παραλυτικὸς οῦ ὁ, *paralyticus, qui laborat paralyſi.* Matthæi 8. 6.

Λύχνος ου ὁ, *lucerna*, compoſ. ex λύω *ſolvo*, & νύχος, idem quod νὺξ νυκτὸς ἡ, *nox*, quòd pellat tenebras noctis, **ein licht**, Luc. 8. ver.16. οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας (part. aor. 1. act.) nemo accendens lucernam. Matth.5. ver.15. καίειν λύχνον, quod idem eſt quod ἅπτειν. Johan.5. ver.35. ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων, ille erat lucerna ardens & lucens. καίω, facio ardere, hoc eſt, accendo. καίομαι, ardeo. Apoc.22.7. καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου, & non opus eſt illis lucernâ. λυχνία ας ἡ, *candelabrum*, Matth.5.15. ἐπὶ τὴν λυχνίαν, in candelabrum. Apoc.1.12. εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς. χρυσᾶς pro χρυσοῦς, vide ſeptem candelábra.

MΥ eſt duodecima litera, orta ab Hebr. מֵם, à מוּם *macula*, prout apud Äriſtoph. μῦ pro flebili ſono poſitum legitur, vel ab Arabico מִים, unde per apocopen eſt μύ, quod tamen ipſum eſt ab Hebræo *mem.* Minuſculum

lum μδ nota est numeri quadragenarii. Majusculum verò M index est ejus numeri, qui ab ipso incipit, nimirum τῆς μυριάδος sicut χ τῆς χιλιάδος.

Μάγος ου, ὁ, *magus.* est vocabulum Persicum, & *Philosophum* significat, affine Hebræo מָהֵג in pl. num. מְהָגִים magim, σοφοὶ θεωρητικοὶ, sapientes, rerum contemplationibus dediti, à Rad. הָגָה meditatus fuit, ἐμελέτησε. *Suidas* παρὰ Πέρσαις μάγοι (ἐλέγοντο) φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. hoc est, apud Persas *Magi* fuerunt sapientiæ studiosi & Dei cultores. Et Cic. lib. 1. de divinat. de *magis* sic scribit: *quod genus*, ait, *doctorum & sapientum habebatur in Persia*, Matth. 2. v. 1, 7, 16. In malam deinde partem acceptum fuit pro *veneficio & præstigiatore*, & idem huic nomini accidit quod nominibus *tyranni*, *sophistæ*, *furis*, *latronis*, &c. Actor. 13. 6, 8. μαγεύω. *Fut.* εύσω, *artem magicam exerceo*, Act. 8. 9. μαγεία ας ἡ, *ars magica*, Act. 8. 11.

Μαίνομαι *Fut.* μανοῦμαι, *insanio.* Plato μαίνεσθαι τῷ σωφρονεῖν ἐναντίον *aor.* 2. *pass.* ἐμάνην. *part. aor.* 2. *pass.* μανεὶς, εῖσα, έν. *Fut.* 2. *pass.* μανήσομαι. *aor.* 2. *med.* ἐμανόμην ου ετο. *Præt. med.* μέμηνα. Sap. 14. v. 28. Johan. 10. 20. δαιμόνιον ἔχει, καὶ μαίνεται, à cacodæmone obsidetur, & insanit. Act. 26. v 24. μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει, insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam adigunt. μανία ας ἡ, *insania, furor.* ἐμμαίνομαι cum Dat. *furo adversus aliquem*, Actor 26, 11. ἐπιμαίνομαι, *idem*, cum Dat. ἐπιμανὴς ἡ ὁ ἡ, *furiosus a um.*

Μάκαρ αρος ὁ ἡ τὸ, *felix, beatus*, τρὶς καὶ τετράκις μάκαρ, terque quatérque beatus. Tria & quatuor constituunt septem, qui numerus perfectus habetur. μακάριος α ον, *idem.* Dicitur verò μακάριος q. μὴ κηρὶ ὑποκείμενος, fato, hoc est, morti non obnoxius, κὴρ κηρὸς ὁ fatum: at κῆρ (pro κέαρ) cor. Aliter Aristoteles lib. 7. Nicom. ἀπὸ τοῦ μάλιστα χαίρειν, à gaudendo. 1 Tim. 1. 11. μακαρίου Θεοῦ, beati Dei. Matth. 16. 17. μακάριος εἶ Σίμων, beatus es Simon. Luc. 6. 20. μακάριοι οἱ πτωχοὶ, beati pauperes. in f. g. Luc. 1. ver. 45. μακαρία ἡ πιστεύσασα, beata quæ credidit. Luc. 23. v. 29. μακάριαι αἱ στεῖραι beatæ steriles. in neut. gen. Act. 20. v. 35. μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, beatius est dare, quàm accipere. Comparativus in fœmin. gen. legitur. Cor. 7. 40. μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ, beatior verò est, si ita maneat, scilicet, extra conjugium in vita cœlibe. μακαρίζω, *beatum prædico.* Luc. 1. ver. 48. Jacob. 5. 11. μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας, beatos prædicamus eos qui sunt tolerantes. *Fut.* μακαρίσω, & Atticè μακαριῶ, *beatum prædicabo.* Luc. 1. 48. μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαὶ, beatum me prædicabunt omnes ætates. μακαριεῦσι, Atticè pro μακαρίσουσι. μακαρισμὸς οῦ ὁ, *beatificatio, beatitatis prædicatio*, Rom. 4. v. 6, 9. Galat. 4. v. 15.

Μακ

Μακρὸς ά όν, *longinquus a um*, Luc.15.v.13. εἰς χώραν μακρὰν, in longinquam regionem, Item *longus*, Matth. 23. ver. 14. μακρὰ προσευχόμενοι, longis uti precibus, q.d. longùm orare. μακρὰ est n.g.plur.num.& ponitur hîc adverbialiter. μακρὰν Adverb. *longè, procul, eminus*, Marc. 12.34. οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, non procul abes à regno Dei. μακρόθεν, *procul*. Adv. Luc. 18.13. ἀπὸ μακρόθεν, *è longinquo*, Luc.16.23.

Μάλα, *valde, multùm, admodum, vehementer*. Adverb. ab Hebræo מלא. in comparativo gradu μᾶλλον *magis*, Philem. 9. μᾶλλον παρακαλῶ potiùs precor. πολλῷ μᾶλλον, *multò magis*, Matth.6. ver. 30. πόσῳ μᾶλλον; Quantò magis? Matth. 10. 20. μᾶλλον ἢ, *magis quam*, Johan. 3. v.19. Actor.5. 29. vel *non sequente* ἢ, 1 Cor. 14. 18. πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν, magis quàm vos omnes linguis loquens *Redundat*, Philip.1.23. sed non sine emphasi, μᾶλλον pro μάλιστα, *maximè*. 1 Cor. 14. 1. μᾶλλον καὶ μᾶλλον, *magis ac magis*, Philip. 1. 9. *imò verò*. Rom. 8.34. μάλιστα, *maximè*, est superl. gradus, 1 Tim.4. 10.

Μαλάσσω, sive μαλάττω. *Fut.* ξω. *Præt.* μεμάλακα. *Præt. pass.* μεμάλαγμαι, *mollio*. Plut. μαλάσσειν τὰ ἤθη, emollire mores. μαλακὸς ή όν, *mollis e*, Matth. 11. v.8. τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Quid existis visuri? an hominem mollibus vestibus amictum? ibid. ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, μαλακὰ scil. ἱμάτια, quam vocem Lucas addit cap. 7. v.25. ecce, qui gerunt mollia vestimenta. μαλακὸς quoque ponitur pro libidinoso & impuro homine, per metaph. (1 Cor.6.9.) à re corporea ad animum hominis translatam. Hinc est μαλακίζομαι, mollesco, effœminor, ignavior & remissior fio. Hinc quoque est μάλθη ης ἡ, *cera emollita*. μάλθη (ait Galen.) ὁ κηρὸς, μάλιστα δὲ ὁ μεμαλαγμένος, h. e. μάλθη, est cera, maximè verò emollita. μαλακία ας ἡ, *languor corporis, morbus*, propriè idem quod κίττα ης ἡ, *pica*, sive *stomachi ignavia*. Matth.4. v.23. & 9 35. & 10. 1.

Μάμμη ης ἡ, *avia*, 2 Tim.1.5. Est vox puerulorum ad matrem, aviámve, sicut ἄττα, πάππα, ad patrem aut avum. Suidas, μαμμίαν Ἀττικοὶ τὴν μητέρα, scilicet καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾶν τὸ φαγεῖν λέγειν, h. e. μαμμίαν. Attici seu Athenienses vocant matrem, quia puerulis μαμμᾶν idem est quod edere: Scil. quoties lac maternum, aliúmve expetunt cibũ, dicunt μαμμᾶν, & hinc vocem hanc ortam esse, veri est simillimum.

Μαμωνᾶς & μαμμωνᾶς ὁ, *mammona*, g.m. vox origine Syriaca, ex Hebræo אָמַן, h. e. firmus fuit, ad formam τοῦ מַלּוֹף, quod est ab אָלַף, valet idem quod Hebræum הוֹן *substantia*, quæ vox pro divitiis capitur. Prov.3. 9. sicut quoque Græca dictio οὐσία. Luc. 1.5.12, 13. Avari serviunt mammonæ, sicut voluptarii &

helluones ventri, quem ceu Deum colunt, Philip. 3. vers. 9. Alii *lucrum* vertunt, alii *opes*, alii *pecuniam*. quæ versiones omnes eodem redeunt, ubi locum habet illud:

——κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσι.
——*mala lucra æqualia damnis.*

Dicitur *mammona injustitiæ* per Hebraismum, pro *mammona injustus*; quia, ut dici solet, divites plerumque aut injusti sunt, aut injustorum hæredes. Vel ut alii exponunt, Lucæ 16. ver. 9. μαμμωνᾶς ἀδικίας (pro ἄδικος) hoc est, *incertus*, *vanus*, *fallax*, *minimè firmus*, *instabilis*. δίκαιος enim ex idiotismo Hebraico accipitur etiam pro *vero*, *necessario*, *firmo*. צְדַק Chaldaicè, *necesse fuit*. Luc. 16. v. 11. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; Si in fallaci mammona non fuistis fideles, vera bona quis credet vobis? *Genitivus* τοῦ μαμωνᾶ, Luc. 16. v. 9. *Dativus* τῷ μαμωνᾷ, Luc. 16. ver. 13. Hi duo casus in N. Test. tantùm leguntur. Matthæus scribit per duplex μῦ, Lucas verò per simplex. Nominativus ejus potiùs videtur esse μαμωνᾶς, ad formam Σατανᾶς, quàm μαμωνᾶ, ut alii scribunt. Et hic Suidam sequimur, qui vocem hanc ita exprimit, & pro interpretatione adjicit χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος, h. e. *aurum*, *terrenæ divitiæ*, & subjicit οὐχ ὁ ἐκ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς scil. πλοῦτος, ὁ ὑπὲρ τὴν χρείαν, h. e. non hæ divitiæ sunt à Satana, sed superfluæ & supra necessitatem: scil. quas avarus sine fine & stultè sitit, de quò verè Poëta:

Si plueret polus, & pontus si funderet aurum,
Esset avarorum tamen insatiata cupido.

Sed satis de hoc monstro.

Μανθάνω, *disco*. *F.* μαθήσομαι, discam, tanquam à μαθέω, (ab Heb. לָמַד *didicit*, demptâ primâ syllabâ.) Deut. 5. 2. *præs. imperat.* μάνθανε disce. 1 Tim. 2. 11. γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, (3. sing. præs. act. imperat.) mulier cum silentio discat, 1 Cor. 14. 31. ἵνα πάντες μανθάνωσι (3. plur. præs. act. subj.) ut omnes discant. 2 Tim. 3. v. 7. πάντοτε μανθάνοντα, scil. τὰ γυναικάρια, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα, mulierculæ semper discentes, & nunquam ad cognitionem veritatis pervenientes. *Præt. perf.* μεμάθηκα, didici, Johan. 7. 15. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε μὴ μεμαθηκώς; Quomodo hic literas novit, qui nihil didicit, qui synagogas nostras non frequentavit; *aor.* 2. ἔμαθον, *didici*, quod tempus omnium usitatissimum; in indic. & partic. significationem habet præteritam, in reliquis modis præsentem: Philip. 4. 11. ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι, nam ego didici, in quibus sum, iis ipsis esse contentus. Matth. 11. 29. μάθετε (2. pl. a. 2. act. imperat.) ἀπ' ἐμοῦ, discite è me vel ex me. 1 Cor. 4. v. 6. ἵνα μάθητε (2. pl. aor. 2. act. subj.) τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ut discatis non sapere super id quod scriptum est. 1 Cor. 14. 35. εἰ δέ τι μαθεῖν (a. 2. act. infin.)

fin.) θέλουσι, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν, h. e. si quid discere volunt, domi viros suos interrogent, Johan. 6. 45. ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ μαθὼν (part. a. 2. act.) ἔρχεται πρός με, hoc est, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. μάθημα τος τὸ, quod quis didicit, aut discit, *disciplina*. unde est illud πάθημα, μάθημα, nocumentum, documentum. κατ' ἐξοχὴν verò artes numerandi & metiendi dictæ sunt Mathematicæ & μαθήματα, quòd in iis singulare ingenii acumen & industria requiratur indefessa. μαθητὴς οῦ ὁ, *discipulus*, Luc. 6. 40. συμμαθητὴς οῦ ὁ, *condiscipulus*, Johan. 11. v. 16. μαθήτρια ας ἡ, *discipula*, Actor. 9. v. 36. μαθητεύω. *Fut.* εύσω. *P.* μεμαθήτευκα. *aor.* 1. ἐμαθήτευσα, *sum discipulus* propriè. Nam verba in εύω per *sum* exponi solent, & sic regit *Dativum*. Matt. 27. 57. καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ, & ipse discipulus fuerat Jesu. Item *doceo, facio discipulos*, ποιῶ μαθητάς, quæ phrasis Johan. 14 v. 1. legitur. Matth. 28. v. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, docete omnes gentes, h. e. colligite mihi discipulos ex omnibus gentibus. ἀμαθὴς έος ὁ, *indoctus, rudis, imperitus, rerum ignarus*, 2 Pet. 3. 16. ἀμαθία ας ἡ, *stultitia*. Eurip. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών, regum stultitias ferre oportet. καταμανθάνω, *contemplor, considero*, Matth 28. καταμάθετε (2. pl. aor. 2. act. imper.) κρίνα τοῦ ἀγροῦ, hoc est, considerate lilia campi.

Μάννα τὸ ἄκλιτον, *manna*, g. n. videtur ortum ex quæstione Israëlitarum, Exod. 16. v. 15. ubi de manna cælitus delapso, tanquam de re insueta & admiratione digna, dicebant מָן הוּא *man hu?* hoc est, uti Sept. interpretati sunt, τί ἐστι τοῦτο; Quid rei hoc est? Joh. 6. 31, 49. 58. vel sic dicitur q. cibus præparatus, aut comparatus sine labore, uti appellatur Sap. 16. v. 20. à מָנָה *præparavit*. Apoc. 2. 17. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα κεκρυμμένου, ei qui vicerit dabo ut comedat ex *manna occulto*, hoc est, Spiritus sancti primitias ei dabo, seu ut clariùs dicam, *bonitatis divinæ gustum*, paternum Dei favorem gustandum ei præbebo. ubi Spiritus S testatur spiritui nostro, nos esse filios Dei. Rom. 8. 16. Vide suprà ἀπαρχή. pag. 106. 1.

Μάντις εως ὁ ἡ, *vates*. in Vocat. μάντι, παρὰ τὸ μαίνεσθαι. μαντεύομαι, *vaticinor*, Act. 16. 16. χειρόμαντις εως ὁ, ex manuum inspectione divinans.

Μάραγδος ου ὁ, *gemma*, quæ & σμάραγδος appellatur, *smaragdus*, Apoc 21. v. 19. σμαράγδινος η ον, *smaragdinus a um*, Apoc. 4. 3.

Μαραίνω, *Fut.* ανῶ, *marcescere facio*. à Chald. מרע merang. *ægrotare*. μαραίνομαι, *marcesco, flaccesco, elanguesco, contabesco*, Jacob. 1. ver. 11. μαρασμὸς οῦ ὁ, immodica corporis diminutio, tabes, marasmus senilis, ἀμάραντος ου ὁ ἡ, *non marcescens*, 1 Pet. 1. 4. ἀμαράντινος ου ὁ ἡ, *non marcescens*.

Μαρὰν ἀθά, 1 Corin. 16. 22. vide infra, ubi Hebræa vocabula Novi Testamenti separatim explicantur.

Μαργαρίτης ου ὁ, scil. λίθος lapis μάργαρον ου τὸ (μαρμαίρω luceo) *unio, Gemma, margarita*, lapis pretiosus. Græca vox est g. m. margarita verò Latinè gen. fem. Alia id genus exempla sunt permulta; v.g. αἰών ῶνος ὁ, Latinè, *ævum*, g. n. ὁ δόμος, Latinè *domus*, g. f. ἡ κύλιξ, calix, g. masc. ὁ σπόγγος, *spongia*, gen. fem. ἡ κλίμαξ, *climax*, gen. m. ὁ θὴρ ὸς, Doricè ὁ φὴρ, Latinè *fera*, gen. f. ὁ χάρτης ου, *charta*, g. f. ὁ σάλος ου, *salum*, gen. n. ὁ ὄις, *ovis*, gen. f. ὁ οἶνος, *vinum*, g. n. &c. quæ omnia à primorum suorum generibus deflectunt. Vox hæc legitur Mat. 7. 6. 1 Tim. 2. 9. Apoc. 17. 4.

Μαρία ας ἡ, nomen beatæ Virginis, τῆς θεοτόκου καὶ ἀει-παρθένου. Declinatur ut φιλία. Μαριὰμ verò est ἄκλιτον. ἡ Μαριάμ, Luc. 1. 19. τῆς Μαριὰμ, τῇ Μαριάμ. Luc. 2. ver. 5. τὴν Μαριὰμ, Luc. 2. v. 16. ὦ Μαριὰμ, Luc. 1. ver. 30. Vide infra ἔτυμα nominum propriorum.

Μαρμαίρω αρῶ, *resplendeo*, unde est μάρμαρος, *candidus*, & τὸ μάρμαρον, *marmor*, Apocal. 18. v. 12.

Μάρτυς ὸς ὁ ἡ, *testis*, 2 Cor. 13. v. 1. ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, ex ore duorum aut trium testium stabile erit omne verbum. *Hebraismus*, hoc est, omne negotium. 2 Cor. 1. 23. μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι, testem Deum invoco. Ponitur etiam pro eo, qui non tantùm oris confessione, sed etiam sanguinis profusione veritatem cœlestem obsignat. Actor. 22. v. 20. *Gen.* τοῦ μάρτυρος, Actor. 22. 20. *Dativ.* τῷ μάρτυρι. *Accus.* τὸν μάρτυρα, 2 Corinth. 1. ver. 23. Actor. 1. 22. *Vocat.* ὦ μάρτυς. *Nom. plural.* οἱ μάρτυρες, Actor. 1. ver. 8. *Genit.* τῶν μαρτύρων, 2 Tim. 2. 2. Mat. 18. 16. *Acc.* τοὺς μάρτυρας. Act. 6. 13. *Voc* ὦ μάρτυρες. *Nominativus* ὁ μάρτυρ, & *Dativus plural.* μάρτυρσι non leguntur, sed pro iis casibus est ὁ μάρτυς, Roman. 1. 9. 1 Thes. 2. 5. Philip. 1. 8. Apocal. 1. 5. & τοῖς μάρτυσι *testibus*, Actor. 10. v. 41. Hebr. 10. 28. Apoc. 11. v. 3. Format etiam Accus. μάρτυν. Plures casus ex μάρτυς non leguntur. μαρτύρομαι, *testor, testificor, testatum facio.* Legitur tantùm in præsenti, construitur cum Dat. Galat. 5. 3. construitur verò etiam cum Accus. μαρτύρομαι τὸν Θεὸν, testor Deum, h. e. Deum testem appello, quam syntaxin Latini quoque imitantur. μαρτυρία ας ἡ, *testimonium*, Johan. 5. 32. & 19. 35. ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία, verum ejus est testimonium. ἀληθὴς μαρτυρία, verum testimonium, Joh. 8. 14. & 21. 24. Tit. 1. 13. καλὴν μαρτυρίαν ἔχειν, bonum testimonium vitæ anteactæ habere, 1 Tim. 3. ver. 7. μαρτύριον ου τὸ, idem quod μαρτυρία. Jacob. 5. v. 3. εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, in testimonium vobis erit. Hebraismus. 1 Corin. 1. vers. 6. τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ (Genit. objecti) testimonium de CHRISTO. 2 Corin. 1. 12. τὸ μαρτύ-

μαρτύριον τῆς συνειδήσεως, teſtimonium conſcientiæ. Accipitur vulgò pro afflictione Martyrum, qui ſic κατ' ἐξοχὴν dicuntur. Actor. 22. 20. καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου, τοῦ μάρτυρός σου, καὶ αὐτὸς ἤμην ἐφεστηκὼς, & quum effunderetur ſanguis Stephani, martyris tui, ego quoque adſtabam. ἀμάρτυρος ου ὁ ἡ, *teſtimonii expers*, Act. 14. 17. οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, Deus ſe non reliquit ſine teſtimonio, ſcil. ſui erga nos amoris. μαρτυρέω ῶ, *teſtor*. Galat. 4. 15. μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, teſtatum enim vobis facio. Matth. 23. v. 31. μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, teſtamini adverſus voſmetipſos. *imperf.* ἐμαρτύρεον ουν, *teſtabar*, Johan. 12. 17. ἐμαρτύρει οὖν ὁ ὄχλος, teſtabatur autem populus *Futur.* μαρτυρήσω, *teſtabor*, Johan. 15. v 26. ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ, ille teſtabitur de me. *Præter. perf.* μεμαρτύρηκα, *teſtatus ſum.* Johan. 1. 34. κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα, & ego vidi & teſtatus ſum. Johan. 3. ver. 26. ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, cui tu teſtimonium perhibuiſti. Johan. 5. 33. καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ, & teſtimonium dedit veritati. Johan. 19. 35. ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, qui vidit teſtatus eſt. a. 1. ἐμαρτύρησα, *idem*. Actor. 15. 8. καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, & cordium ſcrutator Deus dedit iis teſtimonium. μαρτυρέομαι οῦμαι, *teſtibus comprobor, teſtimonio confirmor*. Actor 22. verſ. 12. μαρτυρούμενος ὑπὸ πάντων, teſtimonio ornatus omnium. Roman. 3. 21. μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, comprobata teſtimoniis Legis & Prophetarum. *imperf. paſſ.* Actor. 16. v. 2. ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις, ſcil. ὄντων, cui dabant teſtimonium, qui Lyſtris erant. *Præt. paſſ.* μεμαρτύρημαι, teſtimonium fui conſecutus. Heb: 11. 5. μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ, teſtimonium obtinuerat, quòd gratus fuerit Deo. *aoriſt.* 1. *paſſ.* ἐμαρτυρήθην. *idem*. Heb. 11. 2. ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι, teſtimonio fuerunt ornati ſeniores, hoc eſt, majores noſtri, Abrahamus, Iſaacus, Jacobus, &c. ex quibus nos orti ſumus. *Part. act.* μαρτυρέων ῶν, *teſtans*, Johan. 8. v. 18. μαρτυρέουσα οῦσα, Johan. 4. 39. in neutro genere μαρτυρέον οῦν, 1 Johan. 5. 6. καὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, & Spiritus eſt qui teſtatur. *Part. præſ. paſſ.* μαρτυρεόμενος οὐμενος, Act. 26. 22. μαρτυρεομένη ουμένη, 1 Tim. 5. 10. διαμαρτύρομαι *etiam atque etiam obteſtor, valde teſtor*. 1 Tim. 5. 21. Act. 18. 5. διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις, τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, etiam atque etiam teſtificans Judæis, JESUM eſſe CHRISTUM. *imperf. med.* διεμαρτυρόμην ου ετο. Actor. 2. 40. λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο, ſermonibus pluribus obteſtabatur. *Futur. med.* διαμαρτυροῦμαι. Ierem. 6. 10. *aoriſt.* 1. *med.* διεμαρτυράμην ω ατο. Act. 23 v. 11. ὡς διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ, ſicut etiam atque etiam teſtificatus es quæ ad me ſpectant. *aoriſt.* 1. *med. imperat.* διαμάρτυραι άσθω, conteſtare, Exod. 19. v. 21. *aoriſt.* 1. *med. ſubj.* διαμαρτύρωμαι ῃ ηται (ccincidit cum præſ.

præſ.med.ſubj.) Luc.16. ver.28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς, ἵνα μή.κλ. ut obteſtetur eos, nè, &c. ao. 1. med. infin. διαμαρτύρασθαι. Actor.20. v.24. denuntiare. part. aoriſt.1. med. διαμαρτυράμενος. Actor.8.ver.25. præt.paſſ. διαμεμαρτύρημαι. 1 Sam.21.2. condixi, à verbo διαμαρτύρομαι. καταμαρτυρέω ῶ, teſtificor adverſus aliquem cum Genit. idque vi præpoſitionis κατά. Mat.27 13. πόσα σου καταμαρτυροῦσι, quàm multa adverſus te teſtificentur. προμαρτύρομαι, prænuntio, cum Accuſ. 1 Pet.1. verſ.11 συμμαρτυρέω ῶ, una teſtor, teſtimonium reddo, Roman.2. ver.15. συμμαρτυρούσης (part. præſ. act.) αὐτῆς συνειδήσεως, atteſtante ipsâ conſcientiâ cum Dativo. Roman. 1. ver.9. συμμαρτυρούσης μοι συνειδήσεως, atteſtante mihi ſimul conſcientiâ meâ. Roman. 8. 16. καὶ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ, & Spiritus S. teſtatur ſpiritui noſtro, nos eſſe filios Dei. Apoc.22.18. συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι, enimverò unà teſtor cuivis audienti, &c. ubi συμμαρτυροῦμαι legitur in forma media ἐπιμαρτυρέω ῶ, teſtimonium tribuo cum Dativo. augetur in medio. aoriſt.1. ἐπεμαρτύρησα, teſtimonium tribui. συνεπιμαρτυρέω ῶ, teſtimonium præbeo, Hebr.2. ver.4. προμαρτύρομαι, prænuntio cum Accuſ. 1 Pet.1 v.11. ψευδομάρτυς ος ὁ, falſus teſtis. Matthæi 26. ver. 60. 1 Corinth.15. v.15. ψευδομάρτυρες, falſi teſtes. ψευδομαρτυρία ας ἡ, falſum teſtimonium, Matthæi 26.59. ψευδομαρτυρέω ῶ, falſum teſtimonium dico, Matthæi 19. verſ.18. οὐ ψευδομαρτυρήσεις, non dices falſum teſtimonium, Marc.14.56. πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν, multi enim dicebant falſum teſtimonium. Verba quæ ſunt ex nominibus compoſita augentur à principio, ut ψευδομαρτυρῶ, in imperf. ἐψευδομαρτύρουν, in a.1. ἐψευδομαρτύρησα, Luc.18.20. μὴ ψευδομαρτυρήσῃς (2.ſing. a.1. act.ſubj.) nè falſum teſtimonium dixeris Præt. ἐψευδομαρτύρηκα.

Μασάομαι ſive μασσάομαι ῶμαι, mando, **ich kewe**, Apoc.16.10. καὶ ἐμασῶντο (3.plur.imperf. med.) τὰς γλώσσας αὐτῶν, & mandebant linguas ſuas.

Μάσσω, vel μάττω. F. ξω. P. μέμαχα a.1. ἔμαξα, pinſo ſubigo. item abſtergo. ἀπομάσσομαι, idem, Luc.10. v.11. κονιορτὸν ἀπομασσόμεθα, pulverem abſtergimus, hoc eſt, nihil nobis vobiſcum erit commercii. ἐκμάσσω, abſtergo, Johan.13. v.5. imperf. ἐξέμασσε, abſtergebam, Luc. 7.38. aoriſt.1. ἐξέμαξα, abſterſi, Johan.12.3. καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ, & exterſit pedes ejus capillis ſuis.

Μάστιξ γος ἡ, flagrum, flagellum, ſcutica. μάστιγι ξαινόμενοι, qui ſcuticis cæduntur. Act 22.24. ἐκέλευσεν αὐτὸν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι, juſſit ut flagris inquireretur in eum. Significat etiam morbum per metaph. Marc 3.ver.10. ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται (aoriſt.1.med. ſubj.) ὅσοι εἶχον μάστιγας, ut ipſum tangerent, quotquot tenebantur flagellis, h.e. morbis. Sunt enim

enim morbi flagella Dei, quibus nos castigat, nos humiliat, & in officio retinet. μαστιγόω ῶ, *flagello* Heb 12.6. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται, *id est*, quem enim amat Dominus, castigat: flagellat autem quemcunque filium recipit, h.e. agnoscit. *Fut.* μαστιγώσω, Matt.10.17. μαστιγώσουσιν ὑμᾶς, flagellabunt vos. *Præt. act.* μεμαστίγωκα. *a.*1.*act.* ἐμαστίγωσα, *flagellavi.* Johan. 19.1. μαστίζω, idem quod μαστίγω, Actor.22.25. εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον, καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν; Num hominem Romanum, & quidem indictâ causâ, vobis licet flagellare?

Μαστὸς οῦ ὁ, *mamma*, q.d. μεστὸς τοῦ γάλακτος. μαζὸς οῦ ὁ, idem. Pro μαζὸς dicunt Dores μασδὸς, Luc. 11.27. μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας, beatus est venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. Dicitur de viro, Apoc.1.13. πρὸς τοῖς μαστοῖς, ad mamillas.

Μάτην, Adv. *frustra*, affine Hebræo מט *mat*, nutare, vacillare, Matth 15.9. μάτην δὲ σέβονταί με, frustra colunt me. *Vane*, Psal. 39.v.15. εἰς μάτην, idem. Jerem. 4.30. μάταιος ου ὁ ἡ, *vanus*, Jacob. 1.26. τούτου μάταιος ἡ θρησκεία, hujus vana est religio: & μάταιος, in f.g. ματαία, in n.g. μάταιον. 1 Cor. 3.20. γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι, novit cogitationes sapientum esse vanas. 1 Cor.15.17. ματαία ἡ πίστις ὑμῶν, vana est fides vestra. 1 Pet.1.18. ματαία ἡ ἀναστροφὴ, vana conversatio. ματαιότης ητος ἡ, *vanitas*, Rom. 8.v.20 τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη (a. 2. pass. indic.) οὐχ ἑκοῦσα, vanitati enim creatura est subjecta, non suâ sponte. ματαιόομαι οῦμαι, *vanus fio*, Roman. 1.v.21. ἐματαιώθησαν, vani facti sunt.

Μάχομαι, *pugno*, 2 Tim.2.24. δοῦλον τοῦ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, servum Domini non oportet pugnare. οὐ δεῖ πλήκτην εἶναι, qui voce utitur 1 Tim.3.3. & Tit.1.v.7. *F.* μαχοῦμαι, item μαχήσομαι & μαχέσομαι *pugnabo. Præt.* μεμάχημαι à μαχέομαι, *præliatus sum, pugnavi.* Johan. 6.52. ἐμάχοντο (3.pl. imperf. act. ind.) οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι, pugnabant igitur Judæi alii adversus alios, h. e. disceptabant inter se. Διαμάχομαι, *depugno.* Actor. 23.9. διεμάχοντο, depugnabant μάχη ης ἡ, *pugna.* (affine Hebræo מחה *macha* delevit.) 2 Tim. 2.23. εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας, sciens illas gignere pugnas. Tit.3.9. μάχας νομικὰς περιΐστασο (imp.med.præs.) pugnas legales vita. *Lites, jurgia, contentiones*, Jacob. 4.11. ἄμαχος ου ὁ ἡ, *alienus à pugna*, 1 Tim.3.ver.3. Tit.3.2. Θεομάχος ου ὁ, *Deo repugnans*, Actor.6. ver.39. μήποτε καὶ Θεομάχοι εὑρεθῆτε, nè etiam cum Deo pugnare comperiamini. Θεομαχέω ῶ, *Deo repugno*, Act. 23.9. μὴ Θεομαχῶμεν, nè reluctemur Deo. Θηριομαχέω ῶ, *cum bestiis depugno*, (à Θηριομάχος ου ὁ, qui cum belluis pugnat.) *Fut.* ήσω. *aor.*1.*act.* ἐθηριομάχησα ας ε. 1 Corinth.15.32. θυμομαχέω ῶ, *sum animo infenso*,

fenſo, conſtruitur cum Dat. Actor. 12. verſ. 20. λογομάχος ὁ, *qui contentione verborum delectatur, argutator*. λογομαχία ας ἡ, *verborum pugna*, 1 Timoth. 6. ver. 4. νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, inſaniens circa quæſtiones & pugnas de verbis. λογομαχέω ῶ, *de verbis pugnam moveo*, 2 Tim. 2. 14. *Futur.* λογομαχήσω· *Præt.* λελογομάχηκα. μάχαιρα ας ἡ, q. μάχην αἴρουσα, pugnam tollens, *gladius*, idem quod ξίφος εος τὸ, Joh. 18. 10. Πέτρος ἔχων μάχαιραν, Matth. 26. 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, ſtrinxit gladium ſuum. Actor. 12. 2. ἀνεῖλε (a. 2. act. indic.) Ἰάκωβον μαχαίρᾳ, interemit Jacobum gladio. Apoc. 13. v. 10. εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι, ſi quis gladio occiderit, opportet eum gladio occidi, hoc eſt, is rurſus gladio eſt occidendus. ἐν μαχαίρᾳ, *Hebraiſmus*, pro μαχαίρᾳ. Luc. 21. 24. πεσοῦνται (fut. 1. med. 3. plur.) ςόματι μαχαίρας, cadent ore gladii, h. e. acie gladii. *Hebraiſmus.* Johan. 18. v. 11. βάλε (aor. 2. act. imperat.) τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην, reconde gladium tuum in vaginam. Rom. 13. 4. τὴν μάχαιραν φορεῖ, gladium geſtat.

Μέγας, *magnus*, ἡ μεγάλη, *magna*, τὸ μέγα, *magnum*. Matth. 15. 19. οὗτος μέγας κληθήσεται, hic vocabitur magnus. Matth. 7. ver. 27. *grandis*, Hebr. 11. v. 24. Μωσῆς μέγας γενόμενος. πτῶσις μεγάλη, ruina magna. Luc. 16. ver. 26. χάσμα μέγα, hiatus magnus. *Genit.* μεγάλου, Matth. 5. ver. 35. πόλις μεγάλου Βασιλέως, civitas eſt magni Regis, DEI, qui eſt REX regum. Luc. 17. 15. μετὰ μεγάλης φωνῆς, altâ voce. *Dat.* μεγάλῳ, Actor. 26. 22. μεγάλῃ, Johan. 7. v. 37. ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ, die maximè ſolenni. *Accuſ.* μέγαν, Matth. 27. 60. λίθον μέγαν, ſaxum magnum μεγάλην, Luc. 2. 11. μέγα, Luc. 22. 12. *Nom. plur.* μεγάλοι, Luc. 21. 11. *graves*, Apoc. 19. 5. adulti. μεγάλαι, Apoc. 12. 15. τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, parvos & magnos, jung und alt. μεγάλα, Apoc. 15. 3. μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, magna & mirabilia ſunt opera tua. *Gen.* μεγάλων, Johan. 21. 11. Apoc. 19. 18. *Dativ.* μεγάλοις, Apoc. 11. 18. *Accuſ.* μεγάλους, Apoc. 13. 10. μεγάλας, Marc. 13. 4. μεγάλα, Matth. 24. v. 24. Apoc. 13. verſ. 5. in *comparativo gradu* μείζων ονος ὁ ἡ, *major*, Matth. 11. v 11. Roman. 9. v. 12. ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι, major ſerviet minori. Johan. 13. ver. 16. οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, non eſt ſervus major domino ſuo, 1 Joh 5. 9. ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ, μείζων ἐστὶ, teſtimonium Dei majus eſt. *potentior*, 1 Johan. 3. 20. item ἡ μείζων, *maxima*, 1 Corinth. 13. ver. 13. *enallage gradus*, ubi comparativus ponitur pro ſuperlativo Sic Matth. 13. 2. μεῖζον τῶν λαχάνων, maximum olerum. Ejuſdem enallge exempla lege Matth. 18. v. 1, 4. & c. 23. v. 11. Sirach. 1. 4. μείζον ονος τὸ, *majus*, Matth. 13. 32. *in Genit.* μείζονος, per o. gen. Heb. 6. 13. & 9. 11. *in Accuſ.* μείζονα, Joh. 15. 13. Heb. 11. 26. Jacob. 4. 6. item pro

μείζονα legitur μείζω contractè Johan.5. 36. in n.g. μεῖζον, Jacob.3.1. Vocat. ὦ μείζων, in neut. ὦ μεῖζον. Nom. plur. οἱ καὶ αἱ μείζονες, 2 Pet.2. 11. τὰ μείζονα, Johan.5.20.& μείζω contractè Johan. 1.50. μείζω τούτων ὄψει, majora istis videbis: ubi μείζω est Accus. pl.gen.n.&c. in superlativo gradu μέγιστος η ον, maximus a um, 2 Pet. 1. 4. μεγιστᾶνες οἱ, proceres, plural. num. tantùm. Apocal. 6. 15. in Dati. μεγιστᾶσι, Marc.6.ver. 21. δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, convivium parabat proceribus suis. Sic in plur. num. οἱ μεγάλοι, magnates, Matthæi 20.ver. 25. Marc. 10.v.42. μεῖζον, magis, Adver. Matth. 20. v. 31. item pro μεῖζον, comparativo, legitur etiam μειζότερος. 3.Johan. v. 4. μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαρὰν, hoc est, majus istis gaudium non habeo. μεγάλως, Adverb. magnopere, Philip. 4.10. μεγαλεῖα ων τὰ, magnifica facta. Luc. 1.v. 49. Actor.2. vers. 11. derivatur ab adjectivo μεγαλεῖος εία εῖον, magnificus a um. μεγαλειότης ητος ἡ, majestas, Luc.9.v.43. Actor. 19.27. 2 Pet.1.v.16. μεγαλύνω, produco, Matth.23. ver. 5. item prædico, celebro. Luc.1.46. Fut. μεγαλυνῶ. aor.1. ἐμεγάλυνα, magnum reddidi. Luc. 1. ver. 58. præs. pass. μεγαλύνομαι. imperf. pass. ἐμεγαλυνόμην, prædicabar, Actor. 19.ver.17. aor.1. pass. ἐμεγαλύνθην, amplificatus fui, 2 Corinth. 10.v. 15. Fut.1.pass. μεγαλυνθήσομαι, magnificabor, Philip. 1. ver. 20. μεγαλωσύνη ης ἡ, majestas, Heb.1.3.& 8,1. Judæ v. 25. μέγεθος εος τὸ, magnitudo, Ephes. 1.19.

10.6. Actor. 17.24,26. Hebr. 1.2. ποιεῖν πάσχα, *celebrare pascha*, Matth. 26.18. ποιεῖν τινα ἀμέριμνον, *securum aliquem præstare*. Matth. 28.14. συμβούλιον ποιεῖν κατά τινος, *consilium inire contra aliquem*. Act. 23.12. ποιεῖν συστροφήν. item ποιεῖν συνωμοσίαν, inire conjurationem, conspirare. Matth. 3.6. δεῖπνον ποιεῖν, *cœnam parare*, Marc. 6.21. ποιεῖν ἄριστον, *prandium parare*, Luc. 14. ver. 12. δοχὴν μεγάλην ποιεῖν τινι, *convivium magnum alicui apparare*, Luc. 5.29. τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι τινι, *satisfacere alicui*, Marc. 15. ver. 15. ποιῆσαι ἔλεος μετά τινος, *exercere misericordiam in aliquem*, Luc. 1. ver. 72. ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, *redemit populum suum*, Luc. 1. 68. ποιεῖν κράτος, *potentiam demonstrare*, Luc. 1. ver. 51. δεήσεις ποιεῖσθαι, *preces fundere*, Luc. 5. v. 33. Philip. 1.4. 1 Timoth. 2.1. περισσότερόν τι ποιῆσαι, *aliquid amplius facere*, Luc 12.4. πορείαν ποιεῖσθαι, *iter facere*, Luc 13.22. φρονίμως ποιεῖν, *prudenter facere*, Actor. 10.33. ὑγιῆ ποιεῖν, *sanitati restituere*, Johan. 5.15. κρίσιν ποιεῖν, *judicium exercere*, Johan. 5.27. ἐκδίκησιν ποιεῖν, *vindictam exercere*, Actor. 7. v. 24. τὰ ἀρεστὰ ποιεῖν τινι, *facere quæ alicui arrident*, Johan. 8.29. ἀποσυνάγωγον ποιεῖν, *synagoga excludere, excommunicare*, Johan. 16. ver. 2. ἀνθρακιὰν ποιεῖν, *prunas congerere, focum exstruere luculentum*, Johan. 18. v. 18. ποιεῖν τινι χαρὰν μεγάλην, *aliquem ingenti afficere seu perfundere gaudio*, Actor. 15. v. 3. ποιεῖν χρόνον, idem quod κατατρίβειν χρόνον *consumere, terere tempus*. Act. 15. ver. 33. 2 Corin. 11. 25. Jacob. 4. v. 13. ποιεῖν ἐπισύστασιν ὄχλου, *facere ut populus concurrat, convolet, confluat*, hoc est, ut Plautus loquitur Amph. arg. 2. ver. 6. *turbas ciere*, & ibidem ver. 14. *turbas conciere*, idem Bacch. arg. v. 6. *turbas movere*. Idem Pers. 1.19. *turbam facere*. Teren. in Eunuch. *turbas dare*. ποιεῖσθαι μνείαν τινός, *facere alicujus mentionem*, Roman. 1. ver. 9. ἐνέδραν ποιεῖν τινι, *insidias alicui struere*, Actor. 25. ver. 3. ἐκβολὴν ποιεῖσθαι, *jacturam facere*, Actor. 27.18. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, *carnis curam habere*, Rom. 13. 14. ποιεῖν τὰ θελήματα σαρκός, *facere quæ carni placent, allubescunt*, Ephes. 2. 3. ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, Eph. 6 6. h.e. *facere quæ Deus vult*. ἔργον ποιεῖν, *officium facere*, 2 Tim. 4. v. 5. ποιῆσαι πόλεμον μετά τινος, *bellum cum aliquo gerere*, Apocal. 19 19. ποιεῖν ψεῦδος, *committere mendacium*, Apoc 22. ver. 15. ποιεῖν μίαν γνώμην, *consentire*, Apoc 17. v. 17. ποίημα τος τὸ, *opus*, Ephes. 2. ver. 10. *res conditæ*, Rom 1. v. 20. ποίησις εως ἡ, *opus, actio*. Jacob. 1 ver. 25. ποιητὴς οῦ ὁ, *poeta*, Actor. 17. ver 28. *effector*, Roman. 2. v 13. Jacob. 1. v. 22, 25. *observator*, Jacob. 4. 11. ἀγαθοποιὸς οῦ ὁ, *beneficus*. ἀγαθοποιέω ῶ, *bene facio, bene ago* cum Accus. Luc. 6. ver. 33. ἐὰν ἀγαθοποιῆτε (2. pl. præs. act. subj.) τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt. 3 Joh. 11. ὁ ἀγαθοποιῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, qui bene agit, ex Deo est. ἀγαθοποιΐα *bene-*

benefactum. 1 Pet.4.v.19. χειροποίητος ου ὁ ἡ, *manu factus*, Marc. 14. ver.58. Actor.7.48. Ephes.2. ver.11. ἀχειροποίητος ου ὁ ἡ, *sine manu factus*, Marc.14.58. 2 Corinth.5.1. Coloss.2.v.11. εἰρηνοποιέω ῶ, *reconcilio, pacem firmo, stabilio*, Col.1.20. εἰρηνοποιὸς οῦ ὁ, *pacificus, pacis studiosus*, Matthæi 5. ver.9. εὐποιὸς οῦ ὁ, *beneficus*, idem quod εὐποιητικός, εὐποιΐα, *beneficentiâ*, Hebr.13.16. κακοποιὸς οῦ ὁ, *maleficus*, Johan.18.30. κακοποιέω ῶ, *malefacio*, Luc. 6.v.9. augetur à principio. item *noceo, lædo*, Genes 31.29. καὶ νῦν ἰσχύει ἡ χείρ μου κακοποιῆσαί σε, & nunc valet manus mea nocere tibi, hoc est, satis sum instructus ad te lædendum. καλοποιέω ῶ, *benefacio*, 2 Thess. 3. 13. μὴ ἐκκακήσητε (aor.1. subj.) καλοποιοῦντες, nè segnescatis in benefaciendo. μοσχοποιέω ῶ, *vitulum conflo, facio. aor.* 1. ἐμοσχοποίησαν, Actor. 7. 41. ὀχλοποιέω ῶ, *turbam cogo* Actor.17. ὀχλοποιήσαντες (part. aor. 1. act.) at si sequatur κόμμα, ut in plerisque exemplaribus, legendum ὀχλοποιήσαντας, ab a. 1. indic. ὠχλοποίησα. περιποιέομαι οῦμαι, *acquiro.* cum Accus. 1 Tim.3.13. *aorist.*1. περιεποιησάμην. *acquisivi*, Actor. 20. 28. περιποίησις εως ἡ, *acquisitio*, 1 Thessal.5.9. *peculium*, Ephes. 1.14. quâ voce intelligitur *populus* DEI. Confer 1 Pet.2.9. *conservatio.* Hebr.10. ver.39. προσποιέομαι οῦμαι *simulo*, Luc. 24. ver. 28. προσεποιεῖτο (3. sing. imperf. med.) *præ se ferebat. præ se ferre*, Latinè est dicto silentio, facto vel gestu aliquid ostendere, quam significationem inter multas alias etiam habet verbum προσποιέομαι, quæ huic loco optimè convenit. Nam Christus gestu seu ambulatione ostendebat, quasi aliò esset iturus, quod fieri potuisset. Sic Deus sepe præ se fert, quasi nos nolit exaudire, procrastinando auxilium, quum tamen nos sit adjuturus. Scil. ut nos excitet ad preces fundendas. Nihil hîc est simulationis. ζωοποιέω ῶ, *vivifico.* ζωοποιέομαι οῦμαι, *vivificor.* 1 Cor.15.22. συζωοποιέω ῶ, *unà vivifico*, Eph.2.5. ἡμᾶς συνεζωοποίησε Χριστῷ, nos unà vivificavit cum Christo. Scil. Resurrectionis Christi fructus eiam ad nos membra redundat. σιτοποιὸς οῦ ὁ, pistor. ἀρχισιτοποιὸς οῦ ὁ, princeps pistorum. Genes.40. vers.1. σκηνοποιὸς οῦ ὁ, *tabernaculorum confector*, Actor.18.3. σκηνοποιέω ῶ, *tabernacula* seu *umbracula fabricor.*

Ποικίλος η ον, *varius a um*, Jacob.1.2. 2 Pet.1.6. ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς, in variis tentationibus. 1 Pet.4.10. ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ, tanquam boni dispensatores variæ Dei gratiæ. πολυποίκιλος ὁ ἡ, *admodum varius*, Eph.3.10. ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, multiformis illa sapientia Dei.

Ποιμὴν ένος ὁ *pastor*, Marc.6. 34. ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, sicut oves non habentes pastorem. Johan.10.11. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ego sum bonus ille pastor. Heb.13.20. ποιμένα μέγαν, pastorem illum magnum. 1 Pet.5.4. φανερωθέντος τοῦ ἀρχι-

ποιμένος, (in nominativo ἀρχιποιμὴν ενος ὁ) quum conspicuus factus fuerit ille pastorum princeps. ποιμαίνω, pasco, & per metaphoram curo. Item doceo, Johan. 21. v. 16. ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, pasce oves meas. Metaphora allegorica. Fut. ποιμανῶ, guberno, rego. Matth. 2. ver. 6. ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου, qui pascet populum meum, hoc est, qui gubernabit: metaphora desumpta à pastore, cui rex similis esse debet. Sic Homerus reges ποιμένας λαῶν vocat. Et praeclarum est illud Xenophontis dictum, παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ. Et Germani eleganter dicunt, duo requiri in vero principe, **vatters hertz vnd hirten sorg**. Item rego, ita, ut compescam, coerceam, puniam. Apoc. 2. v. 27. καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, & reget eos virgâ ferreâ. Pro ποιμανεῖ legitur μέλλει ποιμαίνειν, Apoc. 12. ver. 5. aor. 1. act. ἐποίμανα, pavi, hoc est, docui. 1 Pet. 5. 2. ποιμάνατε (2. pl. aor. 1. act. imperat.) τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, pascite DEI gregem qui apud vos est. ποίμνη ης ἡ, grex, Johan. 10. 16. γενήσεται μία ποίμνη, fiet grex unus. ποίμνιον ου τό, idem. Luc. 12. 32. μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον, nè metue pusille grex. τὸ μικρὸν ποίμνιον, pro ὦ μικρὸν ποίμνιον est Atticismus. Actor. 20. 29. μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου, non parcentes gregi.

Πόλεμος ου ὁ, (Etym. παρὰ τὸ τὰς πόλεις μειοῦν, à minuendis urbibus. Tzetzes, q. d. πολυαμής multos demetens, πολυεμής, multos evomens) bellum, Matth. 24. v. 6. μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, audituri estis bella. πολεμέω ῶ, bello, pugno, praelior, Apoc. 19. v. 11. πολεμεῖ, pugnat. Fut. πολεμήσω, Apoc. 2. ver. 16. πολεμήσω μετ᾽ αὐτῶν, (vulgo πρὸς αὐτοὺς) pugnabo cum illis. Exod. 14. v. 14. Κύριος πολεμήσει περὶ ἡμῶν, Dominus bellabit pro nobis. a. 1. act. ἐπολέμησα, praeliatus sum, Apoc. 12. 7. συμπολεμέω ῶ. Fut. ήσω. Josuae 10. 42. ὅτι ὁ Θεὸς συνεπολέμει (3. sing. imperf.) τῷ Ἰσραήλ, quia Deus pugnabat pro Israele.

Πόλις εως ἡ, urbs, Actor. 14. 19. ἔξω τῆς πόλεως, extra urbem. Matth. 10. 32. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, in hac civitate. Marc. 1. v. 45. εἰς πόλιν εἰσελθεῖν, in urbem ingredi. Judae v. 7. καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις, & finitimae urbes Luc. 5. 12. ἐν μιᾷ τῶν πόλεων. Actor. 22. 11. εἰς τὰς ἔξω πόλεις, in exteras urbes, Matth. 23. v. 34 ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, oppidatim. Per metonymiam subjecti, cives, Matth. 21. v. 10. πολίτης ου ὁ, civis, Luc. 19. ver. 14. pl. οἱ πολῖται, cives. πολῖτις ιδος ἡ, civis foemina. συμπολίτης ου ὁ concivis, Ephes. 2. 19. πολιτεύω Rempublicam administro. πολιτεύομαι, idem. Item guberno, In novo Test. in media voce aliquando idem est quod versor, vivo, me gero. Phil. 1. 27. μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου πολιτεύεσθε, tantùm dignè Evangelio vos gerite. Lucian. de luctu, ἄσιτος αὐτοῖς πολιτεύεται, sine cibo inter eos versatur. Servio, πολιτεύομαι, propriè magistratu fungor. Per synec. verò speci-

ciei, *officio meo quocunque fungor.* Actor.23. ver.1. ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, ego omni bonâ conscientiâ servivi (vel munere meo functus sum) Deo. πολίτευμα τος τὸ, *vita civilis, civitas*, Philip. 3. ver. 20. ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχει, nostra civitas in cœlis est. πολιτεία ας ἡ, *Respubl.* Ephes. 2 ver. 12. *civitas, jus civium*, Actor. 22. 28. ἄπολις ιδος ὁ ἡ, *extorris, patriâ orbatus.* propriè, *urbe expulsus.* Ἀμφίπολις εως ἡ, *nomen urbis quam utrimque aqua alluit*, Actor. 17. ver 1. Δεκάπολις ἡ, *nomen proprium regionis, ita dictæ à decem urbibus*, Matth. 4. ver. 25. Ἱεράπολις εως ὁ ἡ, *sancta civitas, nomen* urbis. Coloss. 4. ver. 13. vide nomina propria. κωμόπολις εως ἡ, *oppidulum.* Marc. 1. ver. 38. μητρόπολις εως ἡ, *urbs princeps, metropolis*, quasi dicat, μήτηρ πόλεων τῶν κυκλόθεν οὐσῶν, *mater urbium finitimarum.* Vox hæc legitur in fine prioris epistolæ ad Timotheum. Eâdem *metaphorâ* Hebræi oppida, pagos, & villas vocant θυγατέρας, *filias*, Jud. 11. 26.

Πολὺς πολλὴ πολὺ, (à πέλω sum) *multus a um*, Matth. 9. 37. 2 Cor. 7. 4. *Genit.* πολλοῦ πολλῆς πολλοῦ, Actor. 24. 3. & 27. v. 11. *Dat.* πολλῷ πολλῇ πολλῷ, 2 Cor. 6. v. 4. Actor. 2. 29. ἐν πολλῷ, *admodum.* Præponitur comparativis. Johan. 4. 41. πολλῷ πλείους multò plures. *Acc.* πολὺν πολλὴν πολύ. Matth. 13. 5. Marc. 6. 34. *Nom. plur.* πολλοὶ πολλαὶ πολλὰ Matth. 18. 11. Joh. 21. 25. Hinc ortum est verbum Latinum *polleo. Omnes*, *Roman.* 5. 15. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, omnes mortui sunt. *Comparat.* πλείων ονος ὁ ἡ, *amplior, copiosior*, Heb. 11. ver. 4. πλείονα θυσίαν, majoris pretii sacrificium. Actor. 27. v. 20. ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, ad complures dies: pro πλείονας verò legimus etiam πλείους contractè, Act. 21. v. 10. & 25. v. 6. In neutro genere πλεῖον, *plus*, Matth. 6. 25. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; Nonne vita est aliquid præstantius alimento? Pro πλεῖον legitur etiam πλέον, Luc. 3. v. 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον, nihil amplius præter id quod constitutum est. ἐπὶ πολὺ, *diu.* Act. 28. ver. 6. ἐπὶ πλεῖον, *amplius*, 2 Tim. 3. 9. Actor. 4. 17. *diutius*, Act. 20. 9. & 24. v. 4. Post πλεῖον sequitur genitivus, more comparativorum, aut adverbiorum. ἤ, *quàm*, Luc. 11. 31. πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, plus quàm Solomo hìc est, hoc est, ego Solomoni longè sum anteferendus. Luc. 21. v. 3. πλεῖον πάντων ἔβαλεν, plus quàm omnes immisit, scil. pauper vidua. Joh. 21. 15. ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; an me plus diligis quàm hi? Luc. 9. 13. οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι, non sunt nobis plus quàm quinque panes. Matth. 21. v. 36. πλείονας πρώτων, plures prioribus. Actor. 25. v. 26. πλείους ἢ δέκα, plures quàm decem. Actor. 24. 17. δι' ἐτῶν πλειόνων, interjectis pluribus annis, hoc est, post multos annos. διὰ πλειόνων, *per plures*, 2 Cor. 4. 15. ὑπὸ τῶν πλειόνων, ab amplioribus, hoc est, *presbyteris*, qui

qui aliis dignitate antecellunt. ἐν πλείοσι, *in pluribus*, 1 Corinth.10.5. λόγοις πλείοσι, *verbis pluribus*, Actor. 2. v. 40. πλεῖστος ἡ ον, *plurimus a um*, Matth. 11. vers. 20. πλεῖσται δυνάμεις, plurimæ virtutes, hoc est, miracula. Matth. 28. v. 8. πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν, plurima turba straverunt. *anomalia numeri*. πολλὰ, *sæpe*, Adverbialiter, Roman. 15.22. *valdè*, Marc. 3. v. 12. *multùm*, 1 Cor. 16. v. 12. πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν, multùm precatus sum eum. Etiam cum præposito *articulo*, Rom. 15. 22. ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ, præpeditus fui sæpenumero, πολλάκις, *idem*, Matth. 17. v. 15. πολλάκις πίπτει εἰς τὸ πῦρ, sæpe cadit in ignem. Poëtæ etiam πολλάκι. πλειστάκις, *sæpissimè*. τὸ πλεῖστον, *ad plurimum*, seu *summum*, 1 Corinth. 14. v. 27. πλεονάζω, *augeor*, *abundo*, *exubero*, 2 Thess. 1. v. 3. *Fut.* πλεονάσω. a. 1. ἐπλεόνασα, 2 Cor. 8. 15. ὁ τὸ πολὺ (scil. συναγαγὼν) οὐκ ἐπλεόνασε, qui plus collegit, plus non habuit. 1 Thess. 3. v. 12. πλεονάσαι (aor. 1. act. opt.) Dominus faxit ut abundetis. Roman. 6. ver. 1. ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ (3. sing. aor. 1. subj.) ut gratia superabundet. ὑπερπλεονάζω, *superabundo*, 1 Tim. 1. 14. in medio augetur. πάμπολυς, *permultus*. in *Genit.* παμπόλλου, Marc. 8. 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος, quum esset multa turba. πολλαπλασίων ον, ὁ καὶ ἡ, *multiplex*, *admodum varius*, Luc. 18. 30.

Πονηρὸς, πονηρία, vide suprà Th. πένομαι.

Πόντος ου ὁ, (παρὰ τὸ πονεῖν) *mare*, *pontus*. ποντόθεν dicitur *è mari*, ἀνωμάλως pro ποντόθεν. ἰλιάδ. ξ. ποντίζω. *Fut.* ίσω. *Præt.* πεπόντικα, *mergo*. καταποντίζω, *demergo*, F. ίσω, P. καταπεπόντικα. *Præs. pass.* καταποντίζομαι, *demergor*. *Præt. pass.* καταπεπόντισμαι. aor. 1. pass. καταποντίσθην ης η, Matth. 18. ver. 6. καὶ καταποντισθῇ (3. sing. a. 1. pass. subj.) & demergatur. Singulare fuit supplicii genus, ubi collo sontis saxum alligabatur, atque in profundo maris demergebatur.

Πόῤῥω, *procul*, *longè*, Adverb. Matth. 15. 8. ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ, cor autem eorum longè distat à me. *eminus*, Luc. 14. 32. ποῤῥωτέρω, *ulterius*, Luc. 24. 28. πόῤῥωθεν, *procul*, Luc. 17. 12. ἔστησαν πόῤῥωθεν, *steterunt procul*.

Πορφύρα ας ἡ, (ἀπὸ τοῦ πόρον φέρειν. πόρος ου ὁ quandoque idem est quod πορισμὸς οῦ ὁ, *quæstus*, *lucrum*) *purpura*, genus conchæ marinæ. item *pannus* purpuræ liquore tinctus. item *vestis purpurea*, Marc. 15. 17. Luc. 16. 19. πορφύρεος, & contractè πορφυροῦς ὁ, *purpureus*, Johan. 19. 2. ἱμάτιον πορφυροῦν, πορφύρεον, vestem purpuream.

Ποταμὸς οῦ ὁ, *fluvius*, (quasi πότιμος ὁ ἡ, potui aptus.) Matt. 7. v. 25, 27. Marc. 1. 5. Act. 16. 13. παρὰ ποταμὸν, *ad flumen*. Μεσοποταμία ας ἡ, *Mesopotamia*, regio Asiæ majoris. Vide infrà nomina propria.

Ποταπὸς ἡ ὸν, vide suprà δαπεδον.

Πότερος ου ὁ, *uter*, in f. g. ποτέρα. in n. g. πότερον, Joh. 7. 17. πότερον

ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ, utrùm ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. *Subintelligitur*, 1 Cor. 4. 21. ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ, pro πότερον ἐν ῥάβδῳ, &c. utrùm cum virga veniam ad vos, an cum charitate, &c.

Ποῦς ποδὸς ὁ, *pes*, (**fus.**) Mat. 18.v.8. ὁ πούς σου, *pes tuus*, 1 Cor. 12. v. 15. ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ſi dixerit pes. Videtur Phavorino ita dici quaſi παὺς, παρὰ τὸ παύειν. Sed malo derivare â Chald. פסע incedere. Marc.5. 22. πίπτει πρὸς τοὺς πόδας, accidit ad pedes. Actor. 10. v. 25. πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, procidens in pedes. Johan. 20. 12. πρὸς τοῖς ποσίν, apud pedes. Actor. 22. 3. παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, *ad pedes Gamalielis*, ſcil. ſedens. Sic 2 Reg. 2. v. 15. εἰ ἔγνως ὅτι σήμερον λαμβάνει Κύριος τὸν κύριόν σου ἐπάνωθεν τῆς κεφαλῆς σου; An nôſti quod hodie Dominus aſſumpturus ſit dominum tuum à capite tuo? Dictum ex more ſedendi in ſcholis, ubi præceptor ſedet loco altiore in cáthedra, diſcipulus verò in inferiore, ita ut ſitus ille ſit ſuper horum caput, hi verò ſint ad illius, nempe doctoris, pedes. Hinc Paulus ait, ſe ſediſſe ad pedes Gamalielis: & Elias dicitur aſſumendus à capite Eliſæi. Actor. 22. 3. Roman. 10. 5. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες, quàm pulchri pedes. Actor. 14. 8. ἀδύνατος τοῖς ποσίν, captus pedibus. Geneſ. 33. 14. κατὰ πόδα τῶν παιδαρίων μου, juxta *greſſum* puellorum meorum, hoc eſt, *lentè*. ἀνδράποδον ου τὸ, *mancipium*. ἀνδραποδίζω, *mancipio*, q.d. manu capio, & in ſertitutem redigo. ἀνδραποδιστής οῦ ὁ, *plagiarius*, 1 Tim. 1. 10. Dicitur ἀνδράποδον quaſi πούς ἀνδρὸς, *pes viri*. Sunt enim mancipia *pedes* dominorũ ſuorum, quos pro *capitibus* agnoſcunt. δασύπους οδος ὁ, *lepus*. ὀρθόπους οδος ὁ, *rectos pedes habens*. ὀρθοποδέω ῶ, *rectus pedibus incedo*, Gal. 2. v. 14. ὑποπόδιον ου τὸ, (q. d. τὸ ὑπὸ τοὺς πόδας ὄν, quod eſt ſub pedibus.) *ſcabellum pedum*, Matth. 5. 35. & 22. v. 44. τετράπους οδος ὁ ἡ, *quadrupes*, in n. gen. τετράπουν. in nom. pl. οἱ καὶ αἱ τετράποδες, *quadrupedes*, καὶ τὰ τετράποδα, *quadrupedia*, Act. 10. v. 12. Roman. 1. 23. ἐμποδίζω. *Fut.* σω. *Impedio*, propriè pedes involvo, ſeu implico. cum Accuſ. pro quo in novo Teſtamento legitur ἐγκόπτω, 1 Theſſ. 2. v. 18. συμποδίζω, pedes colligo, Gen. 22. v. 6.

Πρᾶος α ον. Legitur etiam ſine ſubſcripto ἰῶτα πρᾶος. (videtur aliis eſſe à παρὰ apud, vel à πάρος ante) *mitis*, *lenis*, *manſuetus*, Matth. 11. ver. 28. μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, diſcite ex me, quod lenis ſim. in *Genit.* πρᾴου in *fœm. gen.* πραεῖα, *manſueta*, quod eſt à maſculino πραεύς ὁ, in *neut. gen.* πραΰ. Matth. 5. ver. 5. μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, beati mites. 1 Pet. 3. 4. τοῦ πρᾳέος, *manſueti*. Comp. πραΰτερος. Superl. πραΰτατος. πραΰνω, *manſuefacio*. πρᾳότης ητος ἡ, *manſuetudo*, 1 Cor. 4. 21. πνεύματι πρᾳότητος eſt *Hebraiſmus*, pro πνεύματι πρᾳεῖ, vel πρᾴῳ, ſpiritu miti,

τι, Gal. 5. 22. πραΰτης ητος ἡ, idem. Jacob.1.21.

Πρασιὰ ᾶς ἡ, *areola in horto*, Marc.6.40. πρασιαὶ πρασιαί. per areolas, q.d. areolatim. Græcè diceretur κατὰ πρασιάς. Distributa enim turba super viridi gramine, videri poterat hortus in totidem areolas distinctus. *Hebraismus.* Videtur oriri à πράσον ου τὸ, *porrum.* Hinc est χρυσόπρασος ου ὁ, *chrysoprasus*, gemma viridis, & prasum colore referens, ex χρυσὸς aurum, & πράσον porrum. Apoc.21.20.

Πράττω, vel πράσσω, *facio, ago.* Roman. 7. 19. ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω, malum quod nolo, hoc ago. Actor. 26. 31. πράσσει, pro πέπραχε, perpetravit. *Enallage temporis*, Actor. 5. 35. τί μέλλετε πράσσειν, quid facturi sitis. Actor. 19. 36. μηδὲν προπετὲς πράσσειν, nihil præcipitanter, temerè agere. 1 Thess.4.11. πράσσειν τὰ ἴδια, res vestras agere. Sic Ἰλιάδ. ζ. 490. τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, rerum tuarum satage. Item in novo Test. *exigo.* Luc.3.ver. 13. πράσσετε, *exigite.* Fut. πράξω. *aor.* 1. *act.* ἔπραξα. Luc.19.v.23. σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα (pro ἐξέπραξα) αὐτὸ, cum fœnore ipsam exegissem. Luc. 23.ver.41. ἄξια γὰρ (αὐτῶν) ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν, nam digna factis recipimus. ὧν ἐπράξαμεν, pro ἃ ἐπράξαμεν, *Hellenismus.* Articulus convenit cum præcedenti nomine vel expresso, vel subintellecto, ut hic, neglecto verbo. *Perf.* πέπραχα, (non πέπρακα, quod est à πιπράσκω, vendo.) *Præs. pass.* πράττομαι *Præt.pass.* à πράττω, πέπραγμαι, Luc. 23. ver. 16. οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ, nihil dignum morte pepetratum est ab eo. αὐτῷ, pro ὑπ' αὐτοῦ. πρᾶγμα *res*, Actor. 5.4. *Negotium*, 1 Cor. 6. 1. *Opus*, Jacob. 3. 16. καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα, & omne pravum opus. *à secunda persona* πέπραξαι, est πρᾶξις εως ἡ, *actio*, Matth. 16. ver. 27. κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, secundùm facta ipsius. Roman. 12. ver. 4. τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν, membra verò omnia non eandem habent actionem. πράξεις εων αἱ, *acta, res gestæ.* πράξεις ἀποστόλων, Acta apostolorum. *à tertia persona* πέπρακται *derivatur* πράκτωρ ορος ὁ, *exactor*, Luc.12. v.58. πραγματεύομαι, *negotior. a.1. med.* ἐπραγματευσάμην ω ατο, *negotiatus fui. a. 1. med. imperat.* πραγμάτευσαι ἀσθω. in plur.num. πραγματεύσασθε, *negotiamini*, Luc. 19. v. 13. πραγματεία ας ἡ, *negotium, quale esse solet mercatorum, aut fœneratorum, qui artem rem faciendi nôrunt.* in plur numero αἱ πραγματεῖαι, 2 Timoth.2. v.4. ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, implicatur vitæ hujus negotiis. videl. mercaturâ, agriculturâ, &c. διαπραγματεύομαι, *negotior*, Luc.19.ver. 15. τίς τί διεπραγματεύσατο, quis quid negotiando lucratus esset. πολυπράγμων ονος ὁ ἡ, *qui vel quæ multis se implicat negotiis.* πολυπραγμοσύνη ης ἡ, *vana curiositas.* ἡμέραι ἄπρακτοι, dies festi, ubi feriamur, & labore abstinemus. Plur.

Πρέπω.

Πρέπω, *convenio, decôrus sum*, cum Dativo, Ephes. 5. 3 καθὼς πρέπει ἁγίοις, ficut convenit sanctis. Tit. 2. ver. 1. σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει, tu verò loquere quæ decent. Heb. 2. 10. ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, decebat enim eum. ibid. c. 7 ver. 26. τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, talis enim nos decebat pontifex. πρέπον, ὄντος τὸ, *decorum*, Matth. 3. 15. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶ, fic enim decet. 1 Corin. 11. v. 13. πρέπον ἐστὶ, *decorum est, & gravitati consentaneum*. πρεπόντως Adverb. cum Dativo, *convenienter*. Θεοπρεπὴς, *Deo conveniens*. Multa de Deo dicuntur ἀνθρωποπαθῶς, quæ intelligenda sunt & explicanda Θεοπρεπῶς, hoc est, divinæ majestati convenienter. ἱεροπρεπὴς έος ὁ, *sanctimoniam decens*, Tit. 2. ver. 3. εὐπρεπὴς έος ὁ ἡ, *valde decorus*. εὐπρέπεια ας ἡ, *decor*, Jacob. 1. v. 11. μεγαλοπρεπὴς έος ὁ, *magnificus*, 2 Pet. 1. v. 17.

Πρέσβυς υος, & Atticè εως ὁ, *senex*, in fœm. gen. πρέσβεις, in neutro genere πρέσβυ. *comparat.* πρεσβύτερος, *senior*, Luc. 15. 25. υἱὸς ὁ πρεσβύτερος, filius major natu, cui ibidem opponitur, υἱὸς ὁ νεώτερος, filius minor natu (videtur aliis πρέσβυς, dictus à πῦρ ignis, & σβέω extinguo, quòd in iis calor nativus extingui incipiat.) *Est etiam nomen officii*, Tit. 1. v. 5. καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, constituas oppidatim presbyteros, hoc est, qui fungantur munere Ecclesiastico, & comprimis, *qui doceant*. Quâ ratione etiam Apostoli hac voce denotantur 1 Pet. 5. v. 1. Confer Actor. 6. 4. & 20. 28. 1 Tim. 5. v. 17. *Senator*, Marc. 8. 31. ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ (pro ὑπὸ) τῶν πρεσβυτέρων, reprobari à senioribus, hoc est, à *senatoribus* illis qui constituebant Sanhedrin. Vide supr à pag. 246. πρεσβυτέρα ας ἡ, *mulier grandæva, natu grandior, ætatis provectioris*, 1 Tim. 5. ver. 2. συμπρεσβύτερος ου ὁ, *unà presbyter*, 1 Pet. 5. ver. 1. πρεσβυτέριον ου τὸ, *senatus Ecclesiasticus*, qui etiam à nobis Latinè dici solet *Presbyterium*, Luc. 22. v. 66. 1 Timoth. 4. ver. 13. πρεσβύτης ου ὁ, *senex*, Luc. 1. ver. 8. ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, nam ego sum senex. πρεσβῦτις ιδος ἡ, *anus, vetula*, Tit. 2. 3. πρεσβεύω. *Fut.* σω. *legatione fungor*, Ephes. 6. ver. 20. ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, cujus (Evangelii) gratiâ legatione fungor catenatus; scilicet, ad legationes adhibebantur viri primarii, ætate & ordine venerabiles. πρεσβεία ας ἡ, *legatio*, Luc. 14. 32. ἀποστείλας πρεσβείαν, h. e. πρέσβεις, missis legatis: metonymia adjuncti.

Πρηνὴς έος ὁ, *pronus, præceps*, Act. 1. 18. ex πρὸ ante, & νεύω nuto, vergo. Vergit enim deorsum.)(ὕπτιος supinus.

Πρὶν Adv. *priùs, antè*. item *priusquam*. construitur in N. T. cum *optativo*, Actor. 25. 16. πρὶν ἢ ἔχοι, antequam habeat. cum *subj.* Luc. 2. v. 16. πρὶν ἢ ἴδῃ, antequam vidisset. Sæpissime verò cum *infinitivo*, Marc. 14. ver. 72. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, antequam gallus bis caneret. Joh. 4. ver. 49. κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου, descende priusquam

quam moriatur filius meus. Joh. 14.29. εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι (idem quod πρὸ τοῦ γενέσθαι, quæ phraſis eodem ſenſu legitur Joh. 8.58. & 13.19.) dixi vobis priuſquam fieret. *Eleganter additur* ἤ, Marc. 14.30. Act. 7.2. πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν, priuſquam ille habitaret.

Πρὸ, *præpoſitio* cum Genitivo, *antè*, Johan. 12. ver. 1. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, ſex diebus ante paſcha. Johan. 13. ver. 3. πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ante feſtum paſchæ, 1 Corin. 4. v. 5. πρὸ καιροῦ, ante tempus, 1 Pet. 1. ver. 20. πρὸ καταβολῆς κόσμου, ante jacta mundi fundamenta. 2 Tim. 4. ver. 21. πρὸ χειμῶνος, ante hyemem. *Eleganter cum infinitivo tanquam nomine conſtruitur.* Johan. 1. v. 49. πρὸ τοῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι, priuſquam te Philippus vocaret. *Nec de tempore tantùm dicitur, ſed etiam de loco*, Actor. 5. v. 23. πρὸ θυρῶν, præ foribus, vel ante fores. ibid. cap. 12. v. 6. πρὸ τῆς θύρας. Luc. 7. ver. 27. πρὸ προσώπου σου, ante faciem tuam. *Hebraiſmus*, ubi πρὸ προσώπου idem eſt quod πρὸ לִפְנֵי. Actor. 13. v. 24. πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου, pro πρὸ τῆς εἰσόδου, ante ingreſſum. Jacob. 5. ver. 12. πρὸ πάντων δὲ, ante omnia verò, hoc eſt, in primis verò vobis eſt attendendum. Item *nota eſt comparationis imparium.* Herod. πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, bellum præ pace eligit. idem quod ὑπὲρ, *pro*, apud profanos Auctores. Xenoph. pæd. 1. πρὸ ἑαυτῶν βουλεύεσθαι, pro ſeſe conſilium capere. Euripid. πρὸ παιδὸς θανεῖν, pro filio mori. *Periphraſis ex hac præpoſitione*, οἱ πρὸ ἡμῶν, ſcilicet ὄντες, *majores noſtri*, Matthæi 5. ver. 12. Levit. 18 ver. 16. πρὸ *comparatur.* in compar. πρότερος α ον, *prior, prius.* Epheſ. 4. v. 22. κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, *ſecundùm, hoc eſt, quod attinet ad priſtinam converſationem.* τὸ πρότερον, *prius*, Adverb. Joh. 6. v. 62. Galat. 4. 13. *vel ſimpliciter ponitur* πρότερον *adverbialiter, ſine articulo*, pro προτέρως, 2 Corinth. 1. 15. Heb. 4. 6. & 7. 27. vel ſubintelligitur *verbum ſubſtantivum.* Heb. 10. 32. τὰς πρότερον, ſcil. οὔσας. ἡ προτεραία, ſcil. ἡμέρα, dies antecedens, pridie.)(ὑστεραία, dies poſterior, poſtridie. Apud Herod. additur προτεραίᾳ ἡμέρα τῆς μάχης, pridie quàm prælium fieret. πρῶτος (contractum ex πρότατος) η ον, *primus a um*, Apoc. 1. v. 11. πρῶτος καὶ ἔσχατος, primus & ultimus. 1 Corin. 15. 45. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ, primus homo eſt Adamus. Apoc. 20. 5. ἀνάστασις ἡ πρώτη, reſurrectio prima. *interdum idem valet quod* πρότερος, *prior*, Johan. 1. v. 15. πρῶτός μου ἦν, prior me erat. & cap. 20. v. 4. Sic πρῶτον adverbium *primò*, ponitur pro πρότερον, Joh. 15. 18. ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν, me priùs quàm vos odio habuit. Luc. 17. v. 25. πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, ſed priùs oportet eum multum pati, &c. *inprimis*, Luc. 12. 1. πρῶτον προσέχετε ὑμῖν, inprimis cavete. *Eodem ſenſu* accipitur ἐν πρώτοις. *Latiniſmus*, 1 Corin. 15. 3. *Præcipuus, primarius*,

primarius, & refertur ad *vitia*, 1 Tim.1.15. ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. inter quos ego præcipuus sum. Aut ad *divitias* & *honorem*, *aliaque Dei dona*, Roman.3.2. πρῶτον μὲν γὰρ, primarium etenim,&c. Actor.28.7. τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, primario viro illius insulæ. Aut ad *ordinem* seu *seriem* quamcunque. Marc. 12.28. πρώτη πασῶν ἐντολὴ, primum omnium mandatum, hoc est, præcipuum inter omnia. Sic in *plur.* οἱ πρῶτοι, *primates*, *magnates*. Luc.19.47. οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ, primores populi. πρωτεύω. *Fut.* εύσω, *primas teneo*. φιλοπρωτεύω, *primatum ambio*, 3 Johan. v 9. δευτερόπρωτος ὁ, *alter primus*. in neutro genere legitur Luc.6.ver.1. ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ, in sabbato altero primo, hoc est, die ultimo festi azymorum, qui pari cum primo solennitate celebrandus erat, ac proinde illi velut è regione respondebat. πρώην Adv. *pridem*, *diu*, *nuper*, *ante*, Josue 8. 5. ἔμπροσθεν cum Genit. *coram*, item *ante*)(ὄπισθεν. 1 Thess.1. ver.3. ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, coram DEO. Johan 1.15. ἔμπροσθέν μου γέγονεν, antepositus mihi fuit, scilicet ut sponsus & magister suo discipulo, ubi adverbium, non tempus, nec locum, sed gradum notat.

Πρήθω *incendo*, item *inflo* (à πρέω, quod est ab Hebr. בער biar, ardere. Germ. **brinnen, blasen.**) *Fut.* πρήσω. *Præt. act.* πέπρηκα. *a.1. act.* ἔπρησα. *præs. pass.* πρήθομαι, *incendor*, *præt. pass.* πέπρησμαι. Num.5.21. *a. 1. pass.* ἐπρήσθην. *Fut. 1. pass.* πρησθήσομαι. Num.5.27. πρηστὴρ ῆρος ὁ. igneus turbo. Item *serpens* ab inextinctæ sitis ardore, quem morsu infert. πίμπρημι, idem quod πρήθω. *præs. infin. act.* πιμπράναι, incendere, *præs. pass.* πίμπραμαι, *incendor*. Item idem quod φυσάομαι, *inflor*, *intumesco*. Actor.28.6. μέλλειν πίμπρασθαι (præs. pass. infin. ad formam τοῦ ἵστασθαι) an futurum esset, ut incenderetur. ἐμπρήθω, *incendo*. aor.1.act. ἐνέπρησα. *præt. pass.* ἐμπεπρησμένος, accensus. Isa.4 26. ἐμπρησμὸς οῦ ὁ, incendium. ἐμπρηστὴς οῦ ὁ, *incendiarius*.

Πρίω, *serrâ seco*, vel *findo*, *divido*. πρίομαι, *dissecor*, Heb.11. ver.37. ἐπρίσθησαν, *dissecti fuerunt*. διαπρίομαι, per metaphoram *frendeo*, *dentibus infrendeo*. Actor. 5. vers. 33. διεπρίοντο, *frendebant*, præ iracundia simul concussis, & strictis dentibus vocem emittebant. vel ut Henric. Steph. vertit, *cor illis findebatur*: qui phrasi Plautus utitur in Bacchidibus. πρίων ονος ὁ, *serra*, Isa. 10.15.

Πρὸ cum genit. *ante*. Vide paulò antè pag.575.

Πρόβατον ου τὸ, (à προβαίνω, progredior, provenio. unde πρόβασις εως ἡ, proventus. Magnus reditus ex ovibus. ὄϊς, β.) *ovis*, Luc.15.4. Matth.15. εἰς τὰ πρόβατα, Hebraismus, pro τοῖς προβάτοις, ovibus. προβάτιον ου τὸ, *ovicula*. προβατικὴ, scil. πύλη, *pecuaria*, scil. *porta*, Joh.5.4.

Πρὸς præpositio significat cum Genitivo *pro*, Actor.27. ver.34. πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, pro salute vestra, vel ad salutem vestram.

vestram, hoc est, conservationem corporis spectat. Cum *Dativo*, *apud*, Johan. 18.16. πρὸς τῇ θύρᾳ, apud januam. Johan. 20.12. πρὸς τῇ κεφαλῇ, apud caput, seu in eo loco, ubi caput fuerat repositum. *Usque ad*, Luc. 19. ver. 37. πρὸς τῇ καταβάσει, usque ad descensum. Apoc. 1. v. 13. πρὸς τοῖς μασοῖς, ad mamillas usque. Cum *Accusativo, ad*, Johan. 14. 12. πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, ad Patrem meum proficiscor. Luc. 15. ver. 18. πορεύσομαι πρὸς τὸν Πατέρα, proficiscar ad Patrem. *Paulò aliter accipitur* Matth. 27. 4. Τί πρὸς ἡμᾶς; (quid ad nos?) Latinè, Quid nostra refert? Joh. 21. 22. τί πρὸς σέ; Quid tua refert? *Erga*, 2 Tim. 2. v. 24. ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, placidum esse erga omnes. *Inter*, Act. 28. 25. ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, quum autem inter se discordes essent. Marc. 16. 3. ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς, dixerunt inter se. *In* Heb. 12. 11. πρὸς τὸ παρὸν, in præsens. *Apud*, Matth. 13. v. 56. πρὸς ἡμᾶς εἰσι, apud nos sunt. Matth. 26. v. 18. πρὸς σε ποιῶ (pro ποιήσω) τὸ πάσχα, apud te celebrabo pascha. Marc. 6. v. 3. αἱ ἀδελφαὶ ὧδε πρὸς ἡμᾶς, sorores ejus hic sunt apud nos. Marc. 9. v. 19. ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; Quousque apud vos ero? Joh. 1. 1. ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, Sermo erat apud Deum. 1 Cor. 2. 3. πρὸς ὑμᾶς, apud vos. Luc. 18. 11. πρὸς ἑαυτὸν προσηύχετο, apud se orabat. Luc. 22. ver. 56. πρὸς τὸ φῶς, apud ignem. Luc. 24. v. 12. πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονὸς, apud semetipsum miratus. *Secundùm, juxta*, Luc. 12. 47. μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα, neque fecerit secundùm voluntatem ejus. Galat. 2. 14. πρὸς τὴν ἀλήθειαν, juxta veritatem, seu sicut veritati Evangelicæ convenit. 2 Corinth. 5. 10. πρὸς ὃ ἔπραξεν, congruenter ad id quod fecerit. *Adversus, contra*. Ephes. 6. v. 11. πρὸς τὰς μεθοδείας, adversus callidas machinationes, adversus artes. Actor. 23. 30. λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ, ut quæ habent adversus eum, dicant apud te. Act. 26. 14. πρὸς κέντρα, contra stimulos. Luc. 20. 19. πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε, contra illos parabolam dixit. Heb. 12. v. 4. πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, adversus peccatum decertantes. *Circiter*, Luc. 24. 29. πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, circiter vesperam est, h. e. advesperascit. *Ex*, Ephes 3. 4. πρὸς ὃ δύνασθε νοεῖν, ex quo potestis intelligere. *De*, περὶ, Heb. 1. v. 7. καὶ μὲν πρὸς τοὺς ἀγγέλους λέγει, pro περὶ τῶν ἀγγέλων, & de angelis quidem dicit. Heb. 4. 13. πρὸς ὃν ἡμῖν λόγος, de quo nobis est sermo. *Propter*, Matth. 19. 8. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν, propter duritiem cordis vestri permisit. *Cum* Roman. 8. ver. 18. πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν, cum futura gloria collatæ. *A* vel *ab*, 2 Cor. 13. 7. εὔχομαι γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν, opto enim à Deo. *Eventum* notat, 1 Joh. 5. 16. ἁμαρτία πρὸς θάνατον, peccatum ad mortem. *Finem*, Luc. 14. v. 32. & cap. 19. 42. τὰ πρὸς εἰρήνην, quæ ad pacem spectant. Luc. 14. 28. εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, utrum habeat,

beat, quæ ad ejus (turris) perfectionem requiruntur. Rom. 15.2. πρὸς οἰκοδομήν. *tempus*, 1 Cor. 7. ver. 5. πρὸς καιρὸν, ad tempus. Hebr. 12.10. πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, ad paucos dies. *Dativum casum* indicat, ſicut etiam præpoſitionem εἰς, de qua ſuprà, exprimens Hebræum ל, articulum dativi caſus. Luc. 1.73. ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, pro ὤμοσε τῷ Ἀβραάμ, juravit Abrahamo patri noſtro. ib. v. 80. πρὸς τὸν Ἰσραήλ, pro τῷ Ἰσραήλ. Heb. 9.20. ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς (pro ὑμῖν) ὁ Θεὸς, quod mandavit vobis Deus. Eleganter cum infinitivo conſtruitur, ad notandum *gerundium in dum*. Matth. 5. ver. 28. πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ad concupiſcendum eam Epheſ. 6. v. 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι, ut poſſitis ſtare: Non enim dicimus Latinè ad poſſendum ſtare. Luc. 18. v. 1. πρὸς τὸ δεῖν προσεύχεσθαι, eò ſpectantem, quòd oporteret eos orare. Sæpe ἐλλείπει *deficit*. Luc. 10. v. 40. μόνην με κατέλιπε διακονεῖν, pro πρὸς τὸ διακονεῖν, me ſolam reliquit ad miniſtrandum. Luc. 14. 31. βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν (pro πρὸς τὸ συμβαλεῖν) ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, rex proficiſcens ad committendum prælium adverſus alium regem. Luc 18.10 ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι (pro πρὸς τὸ προσεύξασθαι) aſcenderunt in templum ad orandum. Scil. *Infinitivus* cum verbis motum ad locum ſignificantibus vim habet prioris ſupini. Matth. 11. v. 7. Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; Quid exiſtis viſum in ſolitudine? Matth. 10.34. οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, non veni miſſum (ut mitterem) pacem, ſed gladium. Rom. 15.12. ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, qui exſurgit ad imperandum gentibus. ἄρχειν, pro πρὸς τὸ ἄρχειν. Eadem Syntaxis etiam in verbis paſſivis elegans eſt. Mat. 20.28. ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, Filius hominis non venit ut ſibi miniſtraretur, ſed ut miniſtraret.

Πρύμνα ης ἡ, *puppis*, idem quod ναῦς πρυμνὴ, extrema navis pars. à πρυμνὸς ἡ ὂν, *extremus a um*. Marc. 4. 38. καὶ ἦν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πρύμνῃ, & ipſe erat in puppi. πρυμνήτης ου ὁ, gubernator in puppi ſedens.

Πρωΐ. *mane*. Adverbium temporis. German. **frühe**.)(ὀψὲ veſperi. Matth. 16. v. 3. καὶ πρωῒ (λέγετε), & mane dicitis. Matth. 20. v. 1. ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ, exiit cum prima luce. Homerus, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ, hoc eſt, primâ luce, ſummo mane Marc. 1.35. πρωῒ ἔννυχον λίαν, mane valde multi nocte, hoc eſt, quum nondum nocteſcere deſiiſſet. Marc. 13.35. ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ, an in gallicinio, an mane. Marc. 15. ver. 1. ἐπὶ τὸ πρωῒ, verbotenus *ad ipſum mane*, hoc eſt, primo diluculo ſequentis diei. Marc. 16. ver. 2. λίαν πρωῒ valde mane. Actor. 18. ver. 23. ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας, à mane uſque ad veſperam. πρώϊνος α ον, *matutinus a um*. πρωΐα ας ἡ, ſubaudi ὥρα, *matutinum tempus*. Accipitur

tur *ſubſtantivè*. Johan. 18. v. 28. ἦν δὲ πρωΐα, erat autem mane. Matth. 21. verſ. 18. πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς πόλιν, mane autem revertens in urbem. pro πρωΐας δὲ οὔσης, vel πρωΐας δὲ γενομένης, quæ verba leguntur Matth. 27. v. 1. quum autem mane eſſet. Johan. 21. v. 4. πρωΐας δὲ ἤδη γενομένης, mane verò jam exorto. πρώϊμος η ον, *matutinus a um*, Jacob. 5. 7. ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον, pluviam matutinam & ſerótinam. Hebr. יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ quæ videntur opponi pluviis meridianis, quæ utplurimum noxiæ ſunt. Alii tamen per matutinam (prout ipſa Hebræa innuere videntur) intelligunt pluviam quæ paulò poſt ſementem decidit: per ſerótinam verò, quâ affuſo humore augeſcunt & matureſcunt ſegetes paulò poſt metendæ. Hebraicè ירה eſt *jácere*, לָקַשׁ verò *demetere*, *deſecare*. πρωϊνὸς ἡ ὸν, *matutinus a um*, Apocal. 2. 28. δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνὸν, dabo illi ſtellam matutinam, hoc eſt, concedam illi glorioſam reſurrectionem, ubi corpus ejus inſtar ſtellæ matutinæ fulgebit. Confer Dan. 12. 3. Scripſi (ut hæc παρωδύσι ἔργον addã propter juniores) vocem Latinam *mane* ſine accentu, quia pro nomine habeo. Eſt nomen ἄκλιτον, ut Mart. *totum mane*. Perſius, *clarum mane*. Plaut. *à mane ad veſperam*. Eſt verò *mane* prima pars diei poſt tenebras noctis.

Πρῶρα ας ἡ, *proræ*, Actor. 27. v. 30. dicta eſt παρὰ τὸ προορᾶν, *à prævidendo*, quaſi προόρα.

Πταίω, *impingo*, Jacob. 3. v. 2. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, ſæpe enim impingimus omnes. *F.* πταίσω, Jacob. 2. 10. πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, impinget verò in uno. *a.* 1. ἔπταισα, *impegi*. Rom. 11. 11. μὴ ἔπταισαν; num impegerunt? ἄπταιστος ου ὁ ἡ, immunis à lapſu ſeu peccato, Judæ 24.

Πτέρνα ης ἡ, *calx pedis*, Joh. 13. 18. ἐπῆρεν (a. 1. act. indic.) ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν, ſuſtulit adverſus me calcem ſuam.

Πτέρυξ γος ἡ, *ala*, Matt. 23. 37. quater legitur in N. T. Derivatur à πτερὸν ου τὸ, *ala*, q. per ſyncopen dictum pro πετερὸν, à verbo πέταμαι, *volo*, de quo verbo ſuprà. πτερόω ῶ, *alas addo*, *alis ſubveho*. Sic naves velo πτεροῦσθαι dicuntur; & homo dicitur πτεροῦσθαι ἐλπίσι, *ſpe & gaudio exultare*, per metaphoram. πτερύγιον ου τὸ, *pinna ædificii*, Matth. 4. ver. 5. Luc. 4. 9.

Πτοέω ῶ, *terrefacio*. (à πέτω pro quo uſitatum eſt πίπτω, *cado*, quando ita aliquem territamus, ut animus ejus concidat, ſeu quemadmodum Homerus loquitur, ut in pedes decidat) πτοέομαι οῦμαι, *perterrefio*, *conſternor*, Luc. 21. ver. 9. μὴ πτοηθῆτε (2 plur. a. 1. paſſ. ſubj.) nè expaveſcite, nè conſternemini. Luc. 24. 37. πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, territi verò & expavefacti. πτόησις εως ἡ, *conſternatio*, 1 Pet. 3 ver. 6. πτώσσω, item πτώσσω, poëticè pro πτοέομαι, *trepido*, *oberro mendicans*. παρὰ τὸ πτώσσω derivatur πτωχὸς ἡ ὸν. πτωχὸς οῦ ὁ, *medicus*,

pauper, Matth. 5. 3. πτωχὴ ῆς ἡ, *egena*, Marc. 12. 42. χήρα πτωχὴ, vidua pauper. Galat. 4. 9. πῶς ἐπιστρέφετε ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ (accuſ. pl. g. n.) στοιχεῖα; quomodo convertitis vos retrorſum ad impotentia & egena elementa? πτωχεύω, *pauper ſum, mendico*, 2 Cor. 8. 9. δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, (aor. 1. act. indic.) πλούσιος ὤν, propter nos pauper fuit, quamvis dives eſſet. πτωχεία ας ἡ, *paupertas, inopia*, 2 Corin. 8. 2. 9. Apoc. 2. 8.

Πτύρω, *terreo*, (ortum à πτοέω ῶ, vide paulò antè ejus ἔτυμον quando ita aliquem territamus, ut animus in pedes concidat. prout Homerus ſcribit, Ἰλιάδ. ο. 280. Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός. Propriè de equis conſternatis dici tradit Scapula.) πτύρομαι, *terreor, percellor, pavito, trepido*, Philip. 1. ver. 28.

Πτύω *ſpuo*, Johan. 9. 6. *Futur.* πτύσω. *Prat.* πέπτυκα. *a.* 1. ἔπτυσα. Johan. 9. 6. ἔπτυσε χαμαὶ, ſpuit in terram. πτύσμα τος τὸ, *ſputum*, Johan. 9. 6. πτύον ου τὸ, *ventilabrum*, (**Wurffſchaufel**) quo frumentum ex una parte areæ in oppoſitam projicitur, ut glumæ & frumenti retrimenta à frumento ſeparentur. Et proinde τὸ πτύον diſtinguendum eſt à nomine λίκνον ου τὸ, *vannus*, **ein Wann.** Confer ſuprà λικμὸς ου ὁ, Matth. 3. 12. ἐκπτύω, propriè *exſpuo*, per metaphoram *contumelioſè rejicio. aoriſt.* 1 ἐξέπτυσα, Galat. 4. 14. ἐμπτύω *inſpuo*, Marc. 14. 65. ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, cœperunt quidam inſpuere in eum. Fut. 1 μ. πτύσω. *aor.* 1. *act.* ἐνέπτυσα, *inſpui*. Matth. 26. 27. ἐνέπτυσαν (3. pl. a. 1. act. indic.) εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, tunc inſpuerunt in faciem ejus. *Fut.* 1. *paſſ.* ἐμπτυσθήσομαι ἡ ἔσῃ, *conſpuar*, Luc. 18. 32.

Πτύσσω, *complico*. *F.* πτύξω. *P.* πέπτυχα. *a.* 1. ἔπτυξα, Luc. 4. 20. ἀναπτύσσω, *explico, evolvo, aperio. aor.* 1. *act.* ἀνέπτυξα, *explicavi*, Luc. 4. 17. verbum hoc referendum eſt ad ejus temporis morem, quo libri non erant diſtinctis foliis compacti, uti nunc ſunt, ſed in formam cylindri convoluti. Hinc *librum* Latini nominârunt *volumen*, & Hebræi מְגִלָּה à גָּלַל *volvere*. plura lege in voce κεφαλὶς, & εἴλημα.

Πυκνὸς ἡ ὸν, *creber a um*, 1 Tim. 6. 23. πυκναὶ ἀσθένειαι, crebræ ægritudines. πυκνὰ, adverbialiter, *crebrò*, Luc. 5. 33. νηστεύουσι πυκνὰ, jejunant crebrò.

Πύλη ης ἡ, *porta*, Matth. 7. 13. πλατεῖα ἡ πύλη, *lata porta*. *ibid.* v. 14. πύλη στενὴ, porta eſt anguſta: ſcil. αὕτη ἡ πύλη τοῦ οὐρανοῦ, hæc eſt porta cœli, Geneſ. 28. ver. 17. Matth. 16. 18. πύλαι ᾅδου, *portæ inferni*, Hebraiſmus, hoc eſt, *regnum diaboli*, ad quod pertinēt omnes Eccleſiæ adverſarii, qui ſunt ſemen antiqui ſerpentis. Paulus 2 Cor. 4. 10. σχήματι vocat. In portis olim erant curiæ: intelliguntur ergo Satanæ & aſſeclarum conſilia & machinationes. πυλὼν ῶνος ὁ, *atrium, veſtibulum*, Luc. 16. 20. πρὸς τὸν πυλῶνα, ad veſtibulum

lum, Actor. 10. v. 17. ἐπὶ τὸν πυλῶνα, prope vestibulum. Actor. 12. 14. πρὸ τοῦ πυλῶνος, ante vestibulum. Hinc sunt multa composita: ἀμφίπυλος, *utrinque portas habens*. ἑπτάπυλος, *septem portas habens*. ἑκατόμπυλος, *centum portas habens*, &c.

Πυνθάνομαι, *percontor, sciscitor, hoc est, scire cupio*, Actor. 10. vers. 29. *imperfect*. ἐπυνθανόμην ου ετο, *percontabar*, Matthæi 2. vers. 4. ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, percontabatur ab iis. Actor. 4. vers. 7. ἐπυνθάνοντο, percontabantur. *Futur*. πεύσομαι, *percontabor*: à verbo πεύθομαι, *aorist. 2. med*. ἐπυθόμην, *percontatus sum*. Johan. 4. vers. 52. ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν, percontatus itaque est ab iis. in *aorist. 2. med. infinit*. πυθέσθαι, *percontari, diligenter inquirere*, Johan. 13. 24. *part. aor. 2*. πυθόμενος, *percontatus*, Actor. 23. v. 34. πύθων, ωνος ὁ, *Pytho*, divinator, qui de rebus dubiis & perplexis interrogabatur. Actor. 16. 16. Vide nomina propria.

Πύξ, Adv. *pugno*. Sic λάξ, *calce*. πυγμὴ ῆς ἡ, *pugnus, pugilatus*, Marc. 7. ver. 3. πυγμῇ, hoc est, *crebrò, sedulò, enixè*, ubi πυγμῇ adverbialiter capitur, sicuti κύκλῳ, παῤῥησίᾳ, & apud Homerum σιωπῇ tacitè, &c. ducta *metaphora* à pugilum pugna, quæ dicitur πυγμή. In hac enim crebrò & magno cum molimine pugni jactantur, ut superiores evadant. Significat etiam *mensuram cubiti*, unde dicti sunt πυγμαῖοι, *pusilli homines*, q. d. cubitales. πύκτης ου ὁ, *pugil*. πυκτεύω, *pugilem seu athletam ago*, 1 Corinth 9. ver. 26. πυκτεῖον ου τὸ, *palæstra*, locus ubi pugiles se exercent.

Πῦρ g.n. *ignis*. (Germ. **Fur, Fewer**,) Heb. 12. 29. *Genit*. πυρός, Matth. 5. 22. *Dat*. πυρί, Matth. 13. ver. 40. πυρὶ κατακαίεται, igni comburitur. *Accusat*. πῦρ. *ignis miraculosus*, Actor. 7. 30. Luc. 17. 29. ἔβρεξε πῦρ, pluit ignem. Per *metaph*. Heb. 12. 29. ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον, DEUS noster est ignis consumens. Spiritus sanctus vocatur *ignis*, Matthæi 3. v. 11. Actor. 1. 5. in specie ignitarum linguarum appariturus, Actor. 2. ver. 3. quâ apparitione ejus indicatur vis, & efficax operatio in animis credentium. *Afflictio*, 1 Corinth. 3. 13. τὸ ἔργον, τὸ πῦρ δοκιμάσει, quæ eodem sensu vocatur πύρωσις, vide paulò infrâ. *Pœna æterna* vocatur πῦρ ἄσβεστον, ignis inextinguibilis. Matth. 3. 12. τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ignis æternus. Matth. 25. v. 41. πυρὰ ᾶς ἡ, *pyra, rogus, bustum, strues lignorum accensorum*, Actor. 28. vers. 2. ἀνάψαντες γὰρ πυράν, accensâ enim pyrâ. πυρετὸς οῦ ὁ, *febris*, Matth. 8. ver. 15. ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός, dimisit eam febris. πυρέτιον ου τὸ, *febricula*. πυρέσσω vel ττω, *febricito*, Matth. 8. vers. 14 πυρέσσουσαν, *febricitantem*, Marc. 1. v. 30. ἡ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα, socrus Simonis decumbebat ex febri. πύρινος η ον, *igneus a um*, Apocal. 9. ver. 17. πυρόω ῶ, igni injecto uro, accendo. πυρόομαι οῦμαι, *uror, ardeo*. 1 Cor. 7. 9. κρεῖσσον γαμῆσαι ἢ

πυροῦσθαι, satius est matrimonium contrahere, quàm uri, hoc est, impuris cogitationibus conscientiam lædere 2 Corinth. 11. v. 29. πυροῦμαι. *uror*, hoc est, *molestiam experior*. *Præt. perf.* πεπύρωμαι, *accensus fui*, Ephes. 6. v. 16. βέλη τὰ πεπυρωμένα, tela ignita. *exploratus fui igni*, Apoc. 3. v. 18. χρυσίον πεπυρωμένον ἐν πυρὶ, aurum exploratum igni. πύρωσις εως ἡ *exploratio quæ fit per afflictionem*, tanquam per ignem. Metaphora. 1 Pet. 4. ver. 12. Confer 1 Corinth. 3. v. 15. *incendium*, Apoc. 18. ver. 9. πυῤῥὸς ἡ ὸν, *rufus*, Apoc. 6. 4. & 12. 3. πυῤῥάζω, *rubeo*. *Fut* σω. *Perf.* κα, Matth. 16. 2. ζώπυρον τὸ, φυσητὴρ ἤγρ ὁ, *follis*, *quo ignis in cineribus latens suscitatur*. ζωπυρέω ῶ, *ignem sopitum, carbonesque cineribus obrutos accendo* Suidas, ἀναζωπυρῶ, hoc est, *reviviscere facio*. idem ζωπυρῆσαι κυρίως, ὅτι, τὸ ἐκ μικροῦ σπινθῆρος φυσῶντα, μεγάλην φλόγα ἀνάψαι. propriè est ex exigua scintilla flando, magnam accendere flammam. ἀναζωπυρέω ῶ, propriè est ignem cineribus conditum folle aut flatu suscitare, ut redardescat. *rursus accendo*, & per metaphoram *exuscito*, 2 Tim 1. 6.

Πύργος ου ὁ, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, cujus pyramidatam repræsentat figuram. *turris*, **burgi**. Mat. 21. 33. Luc. 13. 4.

Πωλέω ῶ, propriè pro pullo (qui Græcè dicitur πῶλος) aliud quippiam accipio. Sic ἀρνυσθαι propriè dando ἄρνα aliud quippiam recipio, q. d. agnis res alias permuto. Sic ὀνέω, vel ὄνημι ἀπὸ τοῦ ὄνου, derivari quidam existimant, quòd in pecoribus veterum divitiæ & commercia consisterent, pecuniæ usu nondum reperto, quam ipsam à pecudibus dictam fuisse conjectant. Per synecdoc. speciei *vendo*, Matt. 13. 44. *Fut.* ήσω. *Perf.* πεπώληκα. *aor.* 1. ἐπώλησα, Actor. 5. 1. πωλέομαι οῦμαι, *vendor*, 1 Corinth. 10. 25. Luc. 12. 6. pro quo verbo in N. T. sæpius legitur πιπράσκω. Relata sunt πωλεῖν, sive πιπράσκειν, & ἀγοράζειν, vēdere & emere. Apocal. 13. 17. πορφυρόπωλις ιδος ἡ, *mulier quæ purpuram vendit*, Actor. 16. 14. à masculino πορφυροπώλης ου ὁ, *purpurarius*. πώλη in fine pro πωλητὴς οῦ ὁ, venditor, κατ' εὐφωνίαν. Sic βιβλιοπώλης ου ὁ, *qui libros vendit*. οἰνοπώλης ου ὁ, *qui vina vendit*. οἰνοπωλέω ῶ, *vinum vendo*. οἰνοπώλιον ου τὸ, taberna vinaria. κρεωπώλης ου ὁ, *lanius*, *carnium venditor*. κρεωπώλιον ου τὸ *macellum*, *laniena* (1 Corin. 10. 25. Latino nomine, Græcè dicitur μάκελλον ου τὸ.) κρεωπωλέω ῶ, *carnes vendo*.

Πῶλος ου ὁ, (Etym. à πόα & ἅλλομαι) *pullus*, Mat. 21. 2. πῶλος ὄνου, *pullus asini*, Joh. 12. 15. Hinc ortum est verbum πωλέω ῶ, de quo vide paulò antè.

Πωρὸς οῦ ὁ, *cæcus*. πῶρος ου ὁ, *luctus*. ταλαίπωρος ου ὁ ἡ, *miser*, *a*, quasi τλάων τὸν πῶρον ferens *luctum*, pro quo Latini dicunt, *luctuosus*, *qui est in luctu*, Roman. 7. 24. ταλαιπωρία, *miseria*, *infelicitas*, Roman. 3. v. 16 πληθυντικῶς, h. e. pluraliter legitur,

gitur, Jacob.5. ver.1. ταλαιπωρέω, *sensu miseriæ tangor*. Jacob.4. ver.9. ταλαιπωρήσατε (2. plur. aor.1. act.imperat.) καὶ πενθήσατε, sensu ærumnæ tangimini & lugere. πῶρος ου ὁ, *significat etiam callum*, hoc est, *carnem in manibus pedibusque, quæ ex laboribus obduruit*. πωρόω ῶ, *callum obduco, obduro*, Johan. 12.40. Per metaphoram, ut plurimùm transfertur ad mentem obstinatam, & pœnitere nesciam. πωρόομαι οῦμαι, *occallesco, stupidus fio*. item *vecors sum*, prout accipitur Marc.6. ver.52. ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη, cor eorum stupidum erat, hoc est, non intelligebat. Rom.11.7. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, reliqui verò occalluerunt. πώρωσις εως ἡ, *induratio*, Ephes. 4.18.

PΩ est litera ordine 17. orta ex Hebræo *Resch*, hoc est, pauper, quia nimirum pauci sunt qui hanc *literam caninam & tremulam* rectè enuntiant. Arabicum רֵא *re* propiùs ad Græcam hanc literam accedit, unde est, si invertas, Latinorum *er*. Græci pro *re* dicunt ῥῶ *rho*. In numeris valet 100. Græci eam in medio solent duplicare, à qua re Hebræi abhorrent. Rom.4.19. Σάῤῥα, ex Hebræo שָׂרָה.

Ῥάβδος ου ἡ, (παρὰ τὸ ῥᾷον βαδίζειν (*virga*, 1 Cor.4.12. *scipio*, Matth. 10. 10. *baculus*, Heb. 9.v.4. *sceptrum*, ad formam Hebrææ vocis שֵׁבֶט, Heb.1. ver.8. Apocal.2.27. *severa & acerba reprehensio*; Metaphora desumpta a pueris, qui virgis cædi solent 1 Cor.4.21. Heb.11.21. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ (pro αὐτοῦ Bœoticè) & adoravit baculo innixus. in Hebræo textu est Genes.47. ver.31. & adoravit Israël ad caput lecti, עַל רֹאשׁ הַמִּטָּה ubi Sept. pro הַמִּטָּה *hammittá* legerunt, הַמַּטֶּה *hammatte*. ῥαβδίζω *virgis cædo*, Actor.16.22. ῥαβδίζομαι, *vapulo, virgis cædor*. aor.1. ἐῤῥαβδίσθην, *virgis fui cæsus*, 2 Cor.11.25.

Ῥαίνω (à ῥέω fluo. Germ. **rinnen**.) *Fut*. ῥανῶ *perfundo*. ῥανὶς ίδος ἡ, *stilla, gutta*. ῥαντὸς οῦ ὁ, *aspersus* unde est ῥαντίζω *aspergo*, Heb.9. v.13. *Fut*. ῥαντίσω. *Perf*. ἐῤῥάντικα, pro quo legitur *aor*.1. *act*. ἐῤῥάντισα. Heb.9.19. καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε, & totum populum aspersit. *Perf. pass*. ἐῤῥάντισμαι, *aspersus fui*, Heb.10. ver.22. ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας *Hellenismus*, cordibus aspersi. ῥαντισμὸς οῦ ὁ, *aspersio*, Heb 12.24. 1 Pet.1.2.

Ῥαπὶς ίδος ἡ, (à ῥαίω profligo) *virga, fustis*. ῥαπίζω, *baculo cædo*, *Fut*. ῥαπίσω, Matth. 5.39. ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, qui te cædet in dextram maxillam. *aor*.1.*act*. Matth.26.67. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, alii verò bacillis ceciderunt. à præt. perf. pass. ἐῤῥάπισμαι derivatur ῥάπισμα τος τὸ, *ictus baculi*, Joh. 18.22.

Ῥάπτω (q.d. ῥᾷον ἅπτω.) *Fut*. ψω. *Præt. act*. ἔῤῥαφα, *suo, consuo*. per metaph. *machinor*. ῥαφὶς ίδος ἡ, *acus*, Matth.19.24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος, per foramen acus. ῥαφὴ ῆς ἡ, *sutura*. ἄῤ-

ῥαφος ου ὁ ἡ, *insutilis*, Johan. 19. ver. 23. ἐπιῤῥάπτω, *insuo*, Marc. 2. vers. 21.

Ῥέδη ης ἡ, *rheda*, pensile vehiculum. Apoc. 18. 13. Quintilianus lib. 2. c. 5. vocem hanc ortu Gallicam esse tradit. Germani dicunt **reiten**, Sax. **riden**, quæ non longè abludunt. Th. B. ait, hac voce intelligi *lecticas*, quibus Romæ etiamnum utantur nobilia scorta.

Ῥέω. (à רוה vel רָוָא revá rigavit, & רי *ri* significat *rivum*.) *Fut.* ῥεύσω. *Præt.* ἐῤῥευκα. *fluo*. ῥεῦμα τος τὸ, *fluxus*. ῥοὴ ῆς ἡ, & ῥόος ου, *idem*, à præt. medio inusitato ἔῤῥοα, sicut τόμος & τομὴ à τέτομα. αἱμοῤῥοοῦσα, *sanguinis profluvio laborans*, Matthæi 9. 20. Pro ῥέω dicitur etiam ῥύω, unde aorist. 2. pass. ἐῤῥύην, *fluxi*. (Legitur etiam ἐῤῥύηκα, *fluxi*, tanquam à ῥυέω.) Hinc est, ῥύσις εως ἡ, *fluxus*, Marc. 5. 25. & 8. 44. ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος, fluxus sanguinis. παραῤῥύω, *perfluo*, Heb. 2. ver. 1. μήποτε παραῤῥυῶμεν, nè quando perfluamus, hoc est, auditum sermonem ventis & oblivioni tradamus. Est verò παραῤῥυῶμεν 1. pl. aorist. 2 pass. subj. ab aor. 2. indic. παρεῤῥύην ης η, ab aor. 2. act. παρέῤῥυον. χείμαῤῥος ου ὁ, *torrens*, quasi χείματος ῥόος, *hyemis fluentum* Joh. 18. 1.

